

CANONES
TRIVM CON-
GREGATIONVM GE-
neralium Societatis Iesu.

AVCTORITATE TERTIAE
congregationis confecti.

CVM FACVLTATE SV-
periorum excussi.

Estas Constituciones de los Paderes &
la Compañía, Pertenecen a la Libre
ra del Convento de S. Pablo de
Burgos,
bre &

en 7 de Octubre
1750-



B V R G I S,
Apud Philippum Iuntam.

1574.

TRIUMPH

CEREMONIAL

CELESTIAL

CROWN STATE

- 281



DARCI

At the bottom of the page, there is a faint, illegible signature or mark.

473

CANONES TRIVM
CONGREGATIONVM
generalium Societatis Iesu.

*AVCTORITATE TER-
tiæ Congregationis generalis
confecti.*

PRIMVS CANON.

Ex pri.
congr.
tit. 6.
decre.
48.



*D*O MV S probationis potius Circa
examē.
propè Collegia, quām prope Do Cap. 1.
mos professorum tenend. & vide §. 4.
bantur Congregationi.

Ex. 2.
d. 19.

*2 Curetur ut in quauis prouincia Domus
aliqua probationis, vel coniuncta Collegio
(in habitatione tamē distincta vel separa-
ta) quām cito commodè fieri poterit, insti-
tuatur; & biennio, ac benè probetur Nouitij,
non litterarum, sed mortificationis, ac
profectus spiritualis studio vacando. In se-
cūdo tamē anno possit à Provincialibus, ex
commissione Generalis, circa studiū dispen-
sari habita ratione personarū, locorum, &
temporum, prout in Domino expedire iudi-
cabitur. Nouitij verò nō modo ad vota emit-
tenda non sunt hoc biennio instigandi, sed
si sponte emitterent, non sunt admittendi*

Cap. 1.
§. 12.

A ij ad ea

4 CANONES TRIVM

ad ea renouanda cum aliis, qui biennū ex-
pleuerunt, sed seorsum id faciant.

Ex 3. d. **3.** Actus ille, quo is, qui in Societate admit- **Cap. 4.**
29. titur, promittit se post primum annū bona **§. 2.**
sua distributurum, nec votū est, nec solum
propositum, sed **promissio simplex illa cōdi-**
tione affecta, scilicet, si is perseuerauerit, et
superior illi iniunxerit, constitutio vero (ut
sonat) obseruanda est: praxis autem consti-
tutionis huius iudicio Præpositi Generalis
(qui maius Dei obsequium intuebitur) est
relinquenda.

Ex 2. d. **4.** Propter difficultatē quæ ingeri alicui pos- **Cap. 4.**
95. set ex ultima parte tertij paragraphi capitī **§. 3.**
quarti examinis, ubi consulendi præscribū-
tur aliqui ob distributionē bonorum in co-
gnatos &c. non censemus immutandā esse
illam cōstitutionem, sed occurrentum scan-
dalīs, & sinistris opinionibus, si quæ ortæ
sint, vel oriri possint propter rei ignorantia,
vel executionis praxim. Id vero diligenter
curabit Præpositus Generalis.

Ex pri. t. 6. d. **5.** Nostri qui ante ingressum in Societatē ha- **Cap. 4.**
61. bebant beneficia, non cogantur ea relinque- **§. 5.**
re ante professionem, nisi iubente Generali
Commissario, vel Prouinciali post primum
annum probationis.

Decre-

- 6 Decretū est, ut nomen illud honorificum, Cap. 4.
§. 7.
 Ex 2. d. idest Don, ubi est insigne nobilitatis secula-
 104. ris, de societate nostra omnino tollatur.
- 7 Si qui è nostris ad Carthusiensium ordinē Cap. 4.
§. 42.
 Ex 3. d. transirent, & redire ad Societatem denuo
 69. vellent, non tenetur Societas ex ratione sui Circa
instituti eos recipere.
 1. par.
 cōstit.
 Proc.
- 8 Solus Præpositus Generalis auctoritatem d. 1.
 Ex pri- ti. 6. d. habet regulas condendi, & alij eam dun-
 64. taxat, quam ab ipso acceperint; & cum ea
 si quid ordinabunt, transmittant Præposi-
 to, ut id examinet, & si videat expedire co-
 firmet.
- 9 Regulæ quæ incipiunt, *Summa sapientia*,
 Ex 2. d. examinentur, & emendentur à nostro Pa-
 76. tre Generali cum Assistentibus, si qua eme-
 Ex 3. d. datione opus esset, habita ratione decreti se-
 42. ptuagesimi sexti secundæ Congregationis
 quantum fieri posset; & emendata nomine
 Congregationis ab omnibus obseruandæ
 promulgantur. Relique verò & examinen-
 tur, & quoad eius fieri poterit breuiores
 fiant, verum earum ratio habeatur, quas
 certò constiterit esse à Reuerendo Pa-
 tre nostro Ignatio editas, si tempori
 consentaneæ, & bono uniuersali utiles
 esse censemebuntur: præcipue verò regulæ of-

6 CANONES TRIVM

fiorum, Prouincialis, Rectoris, aliorum
etiam officialium examinentur, & contra
hantur.

¹⁰ Constitutiones firmæ, ac ratae habendæ, et
^{Ex 1.ti.} etiam obseruandæ sunt, prout in exemplari
^{2.d.1.} originali Patris nostri Ignati habentur.

¹¹ Nullo modo expungendæ sunt constitu-
^{Ex 3.d.} tiones, quæ ratione temporū, vel alias ob cau-
^{33.} sas in praxi non sunt, sed potius oportet ut
inuiolatæ permaneant, ut quales à sanctæ
memoriæ Reuerendo Patre nostro Ignatio
acceptæ sunt, tales identidē ad posteros trāf-
mittantur. Notandum tamen erit aliqua ra-
tione quod non obseruandum congregatio-
nes generales iudicauerint.

¹² Secunda constitutionū editio, quæ decla-
^{Ex 3.d.} rationes habet cū constitutionibus coniun-
^{41.54.} etas, deinceps pro cōmuni, & vulgata ha-
beatur in Societate, saltē donec sequens fu-
tura congregatio aliud statuerit.

¹³ Seculares qui emittūt vota in ordine mili- Cap. 3.
^{Ex 1.ti.} tari vocato Christi possint ad Societatem no- §.5.
^{6.d.50.} stram admitti, licet credatur non emissuros
professionem apud nos.

¹⁴ In benedictione mensæ & actione gra- Circa
^{Ex 1.ti.} tiarum sequamur usum Romanum cōmu- 3.par.
^{6.d.20.} nem, & id in Refectorio: nam in priuata cōstit.
mensa §.5. Cap. 1.

CONGREG. GENER. 7

mensa antiqua consuetudo retineri potest:
 & non sedendo, sed stando, benedictio, &
 gratiarum actio fiat.

¹⁵ Circa distributionem bonorum ex pa- Cap. L.
 Ex 2.d. trimoniis fratrum nostrorum prouenien- §. 2.
^{28.} tium, qui ea in subsidium Societatis da-
 re cupientes Præpositi Generalis iudicio di-
 spensationem relinquunt, probatur; quod
 idem Pater Præpositus sensit, ut scilicet ser-
 uetur constitutio primi capituli tertiae partis,
 expressè mentione facta illorū verborum,
 quæ in eadē prouincia distributionem facie-
 dam insinuant. Et ea, quæ continentur quar-
 to capite examinis, de dispositione bonorū,
 ita intelligenda sunt, ut instrucción quædam
 generalis sit, & lex, qua nostri debeat bona
 sua in veros Pauperes distribuere, pro deuo-
 tione tamen sua. Quæ verò in tertia parte,
 capite primo, paragraphe nono continentur,
 intelligatur in particulari de illis bonis, quæ
 fratres in beneficiū Societatis, siue in parti-
 culari, siue in generali distribuere ex sua
 deuotione volunt: in quo casu si Rectores et
 Prouinciales, iuxta declarationem eiusdem
 loci illis representent, perfectius esse, ut bona
 sua dispositioni Præpositi Generalis re-
 linquant, tunc declaratum est; ut hæc bona
 in ea-

§ CANONES TRIVM

in eadem Prouincia tantum & nō alibi Pa-
ter Generalis debeat distribuere. Et ad hāc
legem, & intellectum, quæ in nona parte,
capite tertio, numero sexto habentur, inter-
pretanda sunt, si quo pacto de nostris fratri-
bus intelligi possunt. Quod si aliquis imper-
fectionē secutus particulari alicui Societa-
tis nostræ loco extra Prouinciam applicare
sua bona velit, proponendum erit illi, ut di-
spositioni Præpositi Generalis relinquat, qui
ea distribuet iuxta formā superius præscri-
ptam, alias ea bona à Societate nostra non
admittantur, sed ea teneatur ipse in veros
Christi pauperes extra Societatem dispeſa-
re: si vero ea alicui Collegio intra Prouinciā
assignauerit, sit in manu Præpositi Genera-
lis potestas probandi eam applicationem, vel
improbandi. Atque in hunc modum Cōsti-
tutiones hę posthac conciliandę, intelligen-
dę, atque obſeruandę sunt.

Ex 3. d.
26. 16. Eadem Prouincia, in qua primo capite ter-
tię partis constitutionum distribuenda esse
dicuntur bona nostrorum, quæ illi Societa-
ti dare volunt intelligenda est, in qua sunt
ipsa bona; non autem, in qua quis Societate
ingreditur, aut versatur, aut alibi. Sumitur
autem Prouinciæ nomen more Societatis,
prout

prout scilicet vni Præposito Prouinciali subest. Quod si in eadē Prouincia sint plura dominia diuersis Principibus subiecta, seruetur eadem Constitutio, vt scilicet in transferendis huiusmodi bonis ex uno dominio in aliud eiusdem Prouinciae, habeatur ratio Regū, Principum, ac aliorum Potestatum, ne illis causa vlla offensionis detur, sed omnia ad Dei gloriam cedant. Præter hæc autem, si quæ aliæ difficultates oriætur, eas prudètia, & auctoritas Præpositi Generalis submoueat.

¹⁷ Ex 3. d.
^{61.} Quāquam nostris, qui de bonis suis disposituris sunt liceat pactiones cū suis parentibus, & quibuscunque aliis de legitima parte, & aliis bonis ad se pertinentibus inire: admonēdi tamē sunt illi prius Societatem ipsam ad ea bona nullum ius habere. Sed nec pactiones huiusmodi fiāt, nisi prius Generalis Præpositus informetur de conditione disponentis, & de re tota, vt vniuersa huius rei praxis ex ipsius iudicio exerceatur.

¹⁸ Ex 2. d.
Casus reseruati, qui à Reuerendo patre nostro Laynez editi sunt, retineantur, declaratio vero & ampliatio, vel restrictio causum spectat ad Reuerendum Patrem Generalem.

Cap: II
§. II.

IO CANONES TRIVM

- Ex 3. d.** ^{19.} *Regula illa de separata mēsa Superiorū,* Cap. 2.
Ex 3. d. ^{60.} *de qua in prima cōgregatione facta fuit mē
tio, de cætero vim nō obtineat; per hoc tamē
non excluditur antiqua illa cōsuetudo à Pa
tribus Generalibus cum ratione obseruata,
tam in sua mensa, quām ut etiam cum aliis
ex causa disp̄setur, prout in Domino ma
gis expedire existimauerit ipse Reueredus
Pater Generalis.* §. 2.
- Ex 2. d.** ^{20.} *In singulis prouinciis, ubi, & quādo cōmo
dē fieri poterit curetur saltem vnu institui
Seminariū Societatis perfectum ad formā
dos professores, & alios operarios vineæ
Christi in humanioribus litteris, Philoso
phia, & Theologia, ut toti Prouinciae postea
sufficiāt; sed ubi nostri docendi munus obi
turi sunt, paulatim, non præpropere huic ne
gocio promouendo dent operam.* Circa
par. const. Proe. §. 1.
- Ex 1. ti.** ^{21.} *Habeātur amici, qui protectionem susci
piat Collegiorū, sed nomina iuridica, que iu
risdictionē dicant, vitāda sunt, ne aliquādo
plus satis sibi sumant huiusmodi homines.* Cap. 1.
Ex 1. ti. ^{6. d. 33.} *Exequiæ celebrari possunt in Ecclesiis no
stris in morte Principum, Fūdatorū, vel de
Societate benemeritorū, quando pro eis hu
iusmodi exequiæ publicæ fieri solet per Ec
clesias ciuitatū, & id nostro modo simplici,
absque* §. 3.
- Ex 1. ti.** ^{22.} *Exequiæ celebrari possunt in Ecclesiis no
stris in morte Principum, Fūdatorū, vel de
Societate benemeritorū, quando pro eis hu
iusmodi exequiæ publicæ fieri solet per Ec
clesias ciuitatū, & id nostro modo simplici,
absque*

CONGREG. GENE. II

absque popa pheretricū facibus, & hoc non
quasi ex Constitutione obseruetur, sed ex
permissione Præpositi fieri possit.

²³ Ex 1. ti.
^{6.42.} Cœcedēda est sepultura in nostris ecclesiis
iis, qui Collegiorū nostrorū Fundatores exti-
terūt, vel fundationes iuuerūt, Principibus
etia, & Prelatis, qui id voluerint: aliis autē
personis etiam benemeritis, non est id sine
facultate Præpositi Generalis concedendū:
quicunque tamen illi fuerint, non videntur
ea officia pro eis publicè dicēda, quæ pro no-
stris fratribus defunctis dicere solemus, &
obseruetur ne cuiquam præiudicium fiat in
huiusmodi sepulturis, & vt nullus nostrum
sponte se offerat ad eam licentiā petendam,
& ne ius sepulturæ posteri eorum, qui ibi-
dem sepeliuntur, acquirant.

²⁴ Ex 2. d.
^{11.} Adhibetur in posterū moderatio in mul-
titudine Collegiorū admittenda, rogatq; Pa-
Cap. 2.
Ex 3. d.
^{30.} trem Præpositum Generalem Congregatio,
& serio commendat, vt potius applicet ani-
mū ad roboranda, & ad perfectionē addu-
cenda Collegia iam admissa, quam ad noua
admittenda. Etsi quæ ex iis, quæ offeruntur,
admittenda existimaret, eiusmodi sint, vt
ad cōmune bonum Ecclesiae Dei magnum
momentū habitura videantur; & quoad e-
ius

12 CANONES TRIVM

*ius fieri possit ita dotata, vel ea rerum vitæ
necessariarum cōmoditatem habētia, ut nō
tantum operarij sustentari possint, sed & is
etiam numerus scholasticorum iuxta formu-
lam datam pro accipiendois collegiis à Reue-
rendo Patre nostro Magistro Laynez, qui
pro Seminario sit eidem Collegio futurus ad
sui conseruationem. Nec admittantur, licet
hæc omnia suppeterent, si non haberet Socie-
tas Rectores, ac magistros, & demū opera-
rios in vita, et doctrina idoneos, ut huic mu-
neri posse satisfacere, auditis assistentiū sen-
tentius iudicaret, & quidem sine aliorū col-
legiorum detimento.*

²⁵ *Ex 2. d. Si qua Collegia sint hactenus absq; suffi-
ciēti dotatione fundata, in quibus nec nostri
legāt, nec scholastichos alant, poterū tamē
illa hac ratione retineri, si ex fructibus vide-
licet eorū per publicam aliquam personam
cōseruatis detur opera, ut plenè fundentur,
quemadmodū de Collegio Maioricensi po-
test dici. Nostri tamē interim bonis illis non
vantur, sed ex eleemosynis viuant, ac simul
dent operam, ut prædicta Collegia sufficien-
ter etiam aliunde dotentur.*

Cap. 2.
§. 2.

²⁶ *Ex 3. d. Collegia, in quibus propria Collegiorum
munia non exercentur, vel quia inchoata
qui*

quidem, sed non plenè constituta sunt, vel quia ædificandi necessitas nō patitur nostros legere, nec scholasticos illic ali, Præpositus Generalis iudicabit, an, & quamdiu ex eleemosynis, vel ex redditibus viuere debeat, & faciet quod in Domino expedire iudicauerit.

27 Quod ad unionem beneficiorum, quæ cu- Cap. 2.
Ex 2.d. ram animarum habent, pertinet, diffinitū §.4.
78. est, ut in futurum non admittantur.

28 Non expedit ut Capellaniæ, quibus inser-
Ex 1.ti. uiunt clerici seculares, quos nostri possint
6.d. 55. eligere, in nostris Ecclesiis erigantur.

29 Modus imponendus est ædificiis Domo- Cap. 2.
Ex 1.ti. rum, & Collegiorum nostrorum, ut sint ad §.5.
6.d. 54. habitandum, & officia nostra exercendum
utilia, sana, & fortia, in quibus tamen pau-
pertatis memores videamur, unde nec sum-
ptuosa sint, nec curiosa. De Ecclesiis tamen
nihil dictum est.

30 Ad Reuerendum Patrem Generalem re-
Ex 2.d. ferenda videtur forma, ac modus ædificio-
103. rum nostrorum construendorum, ut ille iu-
xta decretum actorum posteriorum præte-
rita congregationis, quod sibi in Domino vi-
sum fuerit statuat.

31 Procuratorem, qui negotia agit cum ex-
ternis,

14 CANONES TRIVM

Ex 2.d. ternis, vel Romæ, vel alibi, atere debent ij,
101. quoru negocia agit. Prouinciales verò Com
 missarios, Generale etiam ipsum alet ea Do
 mus, vel Collegiū, ubi erūt: quibus quādo in
 itinere fuerint expēsas facient ij, quibus erit
 bono illud iter, si tamē pro Societatis guber
 natione, vel negociis iter faciunt.

Ex 2.d. 32 Pro Sollicitatore, pro Aduocato, pro Pro
102. curatore, & aliis officialibus externis, si
 quid præterea ad actionē, vel expeditionē
 alicuius negotij, vel litterarum Apostolica
 rum, vel Regiarum, & huiusmodi aliarum
 expendetur ab aliis, id soluere debent ij, in
 quorum gratiam illud fuerit expensum.

Ex 3.d. 33 Tā intelligentia, quām praxis constitutio **Cap. 2.**
27. nis illius secundi capitil quartæ partis, para
 grapho sexto, in qua dicitur, nec eleemosy-
 nas, nec dona vlla admittēda esse in iis Colle
 giis, quæduodecim scholastichos præter Præ
 ceptores ex propriis redditibus atere possūt,
 exigenda est ad finē ædificationis, & arbi
 trio Patris Generalis relinquitur, ut habita
 ratione huius finis, & Constitutionis vsum
 præscribat, & eandem interpretetur, & si
 opus esset, in ea dispensem.

Ex 2.d. 34 Decretū est ne plures in Collegiis tenean-
39.can. tur, quām ali possint, siue ex redditibus, siue
35.

ex eleemosynis consuetis alendi sint.

35 Seminaria Episcoporū gubernāda ne ad. Cap. 3.
 Ex 2. d. mittātur; si tamē fundatio perpetua, & insi
 13. gnis eorū ita fieret, ut simul etiā coniunctū
 Collegium nostrū valde promoueretur, vel
 de nouo institueretur, & abūdaret Societas
 operariis idoneis, & libera eidē gubernatio
 cōmitteretur, possint ex dispensatione Præ-
 positi Generalis, & non aliter admitti. non
 dentur tamē huiusmodi Seminariis separa-
 ti præceptores, ab iis, qui in scholis nostris
 pro Societatis nostræ instituto prælegunt.

36 Circa tempus orationi impendendū cōsti- Cap. 4.
 Ex 1. ti. tutū est, ut seruentur constitutiones, & ni- §. 3. 4.
 6. d. 18. hil aliud certi præscribendum, sed quod ad
 Nouitios attinet, decernitur, ut orent ultra
 horam, ut constitutiones innuunt, & nō ob-
 bligentur ordinarie ad duas horas, posse ta-
 men cum particularibus augeri, vel minui
 per Superiorē hoc tempus. Quod ad Profes-
 sos attinet, si non facerēt iuxta mentem cō-
 stitutionum, ut Superiores eos adiuuent, &
 tempus orationis prout videbitur, præscribat.
 Coadiutorum autem temporalium cura pec-
 cularis habeatur, & licet tempus orationis
 certū, aliter quam in constitutionibus quar-
 tæ partis capite quarto, non statuatur, epi-
 cheya

16 CANONES TRIVM

che et tamen, quæ in scholasticis locum habet, ut scilicet possint superiores augere, vel minuere, vel commutare orationem, in his omnibus locum habebit.

37 *Præpositus Generalis possit augere tempus orationis, quod in constitutionibus quartæ partis capite quarto præfigitur, prout expeditire in Domino iudicauerit, habita ratione personarum, regionum, &c.*

Ex 1.ti. 38 *Simul nostri non oreū aliqua diei, vel no-*
6.d.19. *Etis hora, quod de ordinaria oratione, nō de extraordinaria, quæ pro re nata publicè ad tempus institui potest, intelligitur.*

Ex 2.d. 39 *Quamvis in constitutione capitis quarti Cap. 4.
§3. quartæ partis designentur festa Paschæ, ac §.5.
Natiuitatis Domini, quibus renouent vota scholastici, tamen cum colligi possit ex declaratione eius loci, potestatem esse in Superiori Rectoris immediato, in aliquo particuliari casu mutandi illa festa, facile interpreari possumus, in Generali Præposito esse facultatem in uniuersum illa festa mutandi, quod traditio uniuersalis à tempore ipsius Patris nostri Ignatij, vsu, & consuetudine hactenus corroborata confirmat.*

Ex 1. 40 *Initio concionum semper salutetur Beata Cap. 8.
cōg.ti. Virgo: siue proœmium præmittatur, siue §.3.
6.d.31. non*

non, superpelliceo autem tendum est inter concionandum; Stola verò iuxta patriæ morem adhibeatur, vel non. In lectionibus sacrae scripturæ, etiam ad populum, superpellitum non est adhibendum.

41 Christiana doctrina canendo doceri posse test: *vbi ad maiorem edificationem id fore obseruabitur.*

**Ex 1.
cōg. ti.
6.d.58.** **42** *Rectores cū teneantur ex constitutione, & declaratione decimi capititis quartæ partis doctrinam Christianā legere vel docere per quadraginta dies per se, vel per aliū; ex positum est, id debere præstari intra annum postquam officium Rectoris inierint continenter quadraginta diebus, vel interpolatim, primo quidem, quemadmodum doceri solet pueri, deinde etiam per conciones, si ita superior censuerit; præter illum annum eodem quidem nomine non tenebitur Rector, sed alio poterit communi, ut in quodam Decreto definitum est de professis, & Coadiutoribus formatis.*

**Ex 2.
cong.
d.84.** **43** *Ex declaratione ultima capititis decimi quartæ partis colligitur illas intelligi Constitutiones esse legēdas quæ sunt propriæ, scholasticorum nostrorum: illæ verò cū continetur in regulis scholasticorum fit, ut illæ*

18 CANONES TRIVM
regulæ sint legendæ publicè bis aut ter sin-
gulis annis : eas autem curabit Pater Gene-
ralis si opus fuerit, emendandas.

44 Cathedræ publicæ in Vniuersitatibus, aut Cap. 13.
^{Ex 1.} alibi cum ea disceptatione suffragiorum, et §.3.
^{cōg. ti.} oppositione, quæ solet fieri, non sunt admit-
tendæ: si tamen sponte offerantur ab Vniuer-
sitatibus, aut Rectoribus earum, & gratis
prælegatur, nec quisquam se opponat, cum
quo sit disceptandum, admitti possent con-
fulto Generali.

45 Proponi, & dari possent munuscula que-
^{Ex 1.} dā (quæ præmia vocant) scholasticis exter-
^{cōg. ti.} c. d. 44. nis, ut ea ratione inflamentur ad studia litte-
rarum, dummodo fratribus nostris ne den-
tur, nec externis nostro sumptu, & serue-
tur modus honestus, & religiosus.

46 Reuerēdus Pater noster Præpositus Gene Cap. 14.
^{Ex 3.} ralis commendatum magnopere habeat, ut §.3.
^{cōg. d.} 72. præceptores nostri, qui Aristotelem inter-
pretatur, non nisi cū magno delectu inter-
pretes eos legat, qui contra Christiana dog-
mata impiescripserunt, & maximè ad ea
impugnada, quæ Christianæ veritati aduer-
santur, & ita Philosophiam interpretetur,
ut veræ Theologiæ scholasticæ, quam nobis
commendant Constitutiones, ancillari, &
sub-

subseruire faciant.

47 *Visum est non expedire, ut breues cursus* Cap. 15
Ex 2. Artium, vel Theologiae instituantur, sed si §. 2.
cōg. d. quis in coadiutorem spiritualem instituēdus
88. erit, is humaniorū litterarū studio, & cōpē-
dio Dialectices contentus sit; quibus studiis
instructus casus conscientiae audire potest.

48 *Non probatur ullū ad aliquam in nostris* Cap. 15
Ex 2. Vniuersitatibus facultatem esse promouen- §. 4.
cōg. d. dum, quam nostri non profiteantur.
89.

49 *Quēadmodum hactenus factū est in qui-*
Ex 2. bus dā locis, ut nostri ita examinēt promouē
cōg. d. dos ad ordines, aut curae animarum verbo
91. Dei, vel cōfessionibus audiēdis præficiendos,
ut simul iudiciū ferant de illorū sufficiētia,
et admissione, ita de cætero ne fiat, quādoqui
dem iudicamus nō esse cōsentaneum nostro
instituto. Quod si examinādi ministeriū ef-
fugere nulla ratione possimus, illud tamē re
tineamus, ut iudiciū de admittēdis, vel non
admittendis non feramus, sed illud omnino
Prælatis relinquamus. Posit tamē dispēsare
Reuerēdus Pater Generalis, ubi hoc vtile, et
expediens esse in Domino indicauerit.

50 *Cōstitutio decimisexti capitinis quartæ par* Cap. 16
Ex 1. tis pertinens ad correctionem externorum §. 5.
cōg. ti.
2. d. 21. Scholasticorū, ut iacet, est retinēda, & ser-

20 CANONES TRIVM

*uanda, sic ubi tamen necesse fuerit, poterit
dispensare Præpositus Generalis.*

- 51 *In scholis nostris cū Vniuersitatum curā Cap. 17
Ex 1. suscipimus, eos etiā admittere debem⁹, qui à § 3.
cong. ti. 6. d. Societate post emissā vota defecerūt, nisi ex
40. admissione graue scandalum sequeretur, de
quo iudex erit Præpositus Prouincialis; &
ut rectius tunc huiusmodi homines exclu-
di possint impetranda esset facultas à Funda-
toribus.*

- 52 *Quæ insignia ferre debent Doctores Cap. 17
Ex 1. Magistri de Societate in Vniuersitatibus, cū § 8.
cog. ti. 6. d. 52. publicis actibus præsidet, pertinet ad Præpo-
fitum Generale determinare, ut ipse Constitu-
tiones Vniuersitatū declareret. Non tamē
incōmodum videbatur, si nostri in his acti-
bus publicis portarent aliqua insignia, in pi-
leo præsertim, ut sunt fila illa serica, quæ po-
nuntur in medio pilei.*

- 53 *Constitutiones quintæ partis circa profes- Circa
Ex 1. siones emitendas seruandæ sunt nec cari- § 1. par.
cog. ti. 2. d. 22. moniæ addendæ. const.
Cap. 3. § 2.*

- 54 *Institutio puerorū in doctrina Christiana Cap. 3.
Ex 1. cog. ti. præter id quod ad probationes pertinet, Val- § 3.
6. d. 59. de commendetur professis, ut hoc piū opus
iuxta litterarū Apostolicarum, & Constitutionum rationem exequatur. Pater quidē
noster*

noster Ignatius iniunxit singulis professoribus, ut semel per quadraginta dies id facerent.

Ex 2. **55** *Quiuis professus quatuor, vel triū votoruī, quiuis etiā coadiutor spiritualis formatus, post editū professionē, vel vota simplicia intra annū per quadraginta dies cōtinuos, vel interpolatos, doctrinā Christianam pueros, atque rudes personas docere teneatur. Præterea verò hoc tam sanctum exercitiū visum est admodum Reuerendo Patri Generali cōmendandum, ne ullo vñquā tempore illius obliuio in nostros animos irrepat, cū illud in votorum nostrorū formula complectamur. Curet itaque idem Reuerendus Pater Generalis, ut nostri frequentius (quādmodum ipsi in Domino expedire visum fuerit) in hoc tam pio opere exerceantur.*

Ex 1. **56** *Circa vota simplicia Coadiutorū, & scho lasticorum nihil de constitutionibus immutandum est. Siquid autem incommodi acciderit, pro re nata prouideatur.*

Ex 2. **57** *Quod attinet ad ordinationē nostrorū, qui nō sunt profesi, nulli videtur dari causa iuste querelæ, quandoquidem nos utimur iure nostro: quod si nostros ordinatos contingat expelli a Societate, tamē non tenebūtur eos*

Cap. 4.

22 CANONES TRIVM

Episcopi alere, cum, qui ordinantur ex Societate nostra, cesserint suo iuri in ordinatione: ordinantur enim ad titulum voluntariae paupertatis.

Ex 1. ⁵⁸ Vota, quæ nostri cū adhuc essent in seculo, cōg. ti. emiserūt (agitur autē de aliis, præterquā re-
6.d. 53. ligionis determinatæ) in nostra Societate suspensa sunt, etiam si per professionem nō tollantur: & ita obligationem eorū cessare, dum in Societate manent, intelligatur.

Ex 2. ⁵⁹ Decretū est vt cederemus cuicunque con- cōg. d. cessioni Cōcilij Tridentini ad habenda bona immobilia in cōmuni in Domibus professorum, vel eorū Ecclesiis, & vt iuxta nostras Constitutiones & vota, quæ post professionem emittuntur, paupertatem in professis, ac ipsorum Domibus retineremus: & ita cessit Congregatio totius Societatis nomine prædictæ concessio[ni].

Ex 2. ⁶⁰ Quāuis ex eleemosynis viuat Societas, & cōg. d. opus bonū sit eleemosyna Societati collata, atque ad bona omnia inducere quosvis possimus; tamen ad maiore ædificationē, & paupertatis nostræ sinceritatem, & puritatem placuit præcipere nostris omnibus, vt nulli externo suadeant (nam de nostris in Constitutionibus, & Decretis dictū est) vt nobis potius

Circa
6. partē
consti.

Cap. 2.
§. 2.

Cap. 2.
§. 6.

potius quam aliis pauperibus dent eleemosynas, sed contenti simus ubi petimus quotidianas eleemosynas illas simpliciter, ac plane amore Dei petere. Ad donationes vero quas cunque, sive legata simpliciter etiam & plane possimus tantum nostras necessitates explicare, definitionem tamen eius deuotioni relinquamus, à quo petimus has etiam eleemosynas; ac proponere tantum illi possimus, ut ad orationē, & ad alia media accurrat, quibus possit de donatione, vel legato constitue re iuxta id, quod ipsi Dominus inspirauerit, & ratio recta sua serit.

- ⁶¹ Ex 2. cong. d. 97. Omni cura, labore, ac diligentia curemus ne arcula aliqua proponatur in nostris Ecclesiis ad eleemosynas accipie das pro aliis, cū pro nobis tam sit necessariū eas poni nō posse: ut non rem tantum euitemus, quæ nobis prohibita est, sed rei illius omnem speciem.
- ⁶² Ex 3. cōg. d. 59. Ad religiosam disciplinā, & paupertatis rationem pertinet ut in peregrinationibus, & profectionibus nostri, quos ipsorum superiores id præstare posse iudicauerint, in toto, vel in parte pedestri itinere utatur: & ob eam causam Præpositus Generalis eam hac in re moderationem perse, ac Prouinciales adhibeat, quæ Societatis nostræ instituto

Cap. 2.
§. 8.Cap. 2.
§. 13. 14

24 CANONES TRIVM

consentanea sit, curabitque ut in equitando
solius necessitatis, siue personæ, siue negotio
rum, quā superiores mittentes iudicabūt ra-
tio habeatur.

63 De ratione vestiū, ac pileorū, quibus laici Cap. 2.

Ex 1. nostri uti debeat nihil statuitur, sed ea indu §. 15.
cōg. ti. 6. d. 16. menti ratio probatur, qua nostri laici à no-
stris sacerdotibus, & a secularibus homini-
bus distinguitur, & ut vestitus honestus sit
iuxta more patriæ, sed qui in seruicii Missis
officium habent, clericali pileo utantur. De
superpellicis nihil certi statuitur, sed si quā
do expedire iudicaretur, ut huiusmodi mini-
stri eis utatur, petatur facultas à Generali.

64 Quod ad pileos coadiutorum temporaliū

Ex 3. attinet, totū negotium Patri Præposito Ge-
nerali relinquitur, qui, quod unicus Pro-
vinciæ expedierit iudicabit: sic tamen ut di-
stinctio inter ipsos, & sacerdotes nostros,
ac seculares homines etiam seruetur.

Ex 1. Visum est Congregationi barbam nostris
cōg. ti. non esse nutriendam.

6. d. 35. 65 Seruanda est Constitutio tertij capituli sextæ Cap. 3.

Ex 1. partis, quæ dicit Vesperas cantari posse, non §. 4.
cōg. ti. itē Missam, & non nisi ex grauissima cau-
sa dispensandum esse a Præposito Generali
ut Missa cantetur, & id tantum Dominicis
diebus

diebus & festis.

67 Iuxta Constitutioes, & Decreta præteritæ
Ex 2. Congregationis, & habitaratione finis, quæ
cog. d. ipsæ Constitutiones intèdūt, possit Præpositus
22. Generalis cantum Missæ, & Vesperarū in
 hunc, vel illum locum inducere, prout expe-
 dire in Domino iudicauerit. Vbi autē indu-
 Etus effet, si inutilis ad fine nostri instituti,
 & proximorum ædificationē videretur, vel
 deessent qui bene id munus præstare posset,
 comittitur Præposito Generali, ut eū valeat
 reuocare, ac prohibere, si ita visum ei fuerit.

68 Catus in Ecclesiis Societatis inductus, iux-
Ex 3. ta declarationē tertij capitul sextpartis sit
cog. d. deuotus, suavis, et simplex, nō figuratus, aut
58. firmus: & in iis tantum locis retineatur, ubi
 per nostros non admisiis externis commode
 exerceri potest: & finis quem prædicta Co-
 stitutio proponit, & iuxta Canonē superio-
 rem sexagesimū septimū, consequitur: locū
 tamen habeat dispensatio præsertim inter hæ-
 reticos, & infideles, quoad inductionē, re-
 tentionem, modum, & qualitatem cantus
 pro arbitrio Præpositi Generalis.

69 Processiones à nostris deinceps ne fiāt, li-
Ex 3. beram tamen habeat Præpositus Generalis
cog. d. facultatē dispensandi circa eas retinendas, et in

26 CANONES TRIVM

ſtituendas, ubi ad Dei gloria, & proximorū
 ædificationē, præſertim ubi uſu receptæ ſunt,
 & maximè inter hæreticos, & ubi conuer-
 fioni infidelium opera datur, expedire viderit.
 Diligenter autem priuilegiū à ſummo Pon-
 tifice impetrandum curetur, quo à publicis
 Ordinariorū proceſſionibus eximamur: &
 quādiu non obtinebitur, ſi noſtri ad publicas
 ſupplicationes procedere cogentur, ſuper-
 pelliceis utantur, ut ſicut in uſtitu ſequi de-
 bemus, ita etiā in huiusmodi proceſſionibus,
 cōmunem honestorum clericorum habitū
 ſequamur. De loco tamen, & ordine proce-
 dendī, ſtatutum eſt, relinquēdum id eſſe ar-
 bitrio, & diſpoſitioni eorum, à quibus no-
 ſtri ad proceſſiones vocantur.

⁷⁰ Ex 2. Omnia, quæ ſpeciē habent ſecularis nego- Cap. 3.
 cōg. d. tiationis, in colendis videlicet agris, vēden- §. 7.
 20. dis in foro fructibus, & ſimilibus, intelligā-
 tur prohibita eſſe noſtris.

⁷¹ Ex 2. Lites forenſes pro rebus præſertim tēpo-
 cōg. d. ralibus fugiant noſtri omnes, & id curent
 74. Prouinciales efficere, ac primum cōpromif-
 ſione rem annittantur componere: quod ſi
 nulla ratione id poſſint aſſequi, tamē non in-
 tēdat quiſquam e noſtris litem huiusmodi,
 nec omnino litem aliquam abſque cōſensu

Præ-

Præpositi Generalis, aut eius, cui expresse suas vices ad hanc rem ille commiserit. Nostris autem si lis intèdatur, curèt Prouinciales primū, vel à parte, vel à iudice peti, vel id cōsequi per Principem, ut prius possit cōsuli Generalis Præpositus, quām liti respondere cogatur, nā fieri poterit ut Generalis Præpositus iubeat cedere nostros liti, & potius detrimentum temporale pati, quām litibus dare operam, etiam pro re alioqui debita.

Ex 1. 72 Obseruetur circa vestitū sacerdotū mor- Cap. 4^e
cōg. ti. tuorum, quod de viuetibus dicitur in Cōsti- § 3.
6. d. 30. tutionibus, ut scilicet vt amur eo modo, quo
sacerdotes honesti eius regionis, in qua ver- b. 300
samur, vt isolēt. Fratres autē, qui sacerdotes
nō sunt sepeliantur eodem modo induiti, quo
aliij clericī honesti, qui sacerdotes non sunt,
indui solent. Seruētur autē, quod attinet ad
officiū pro defunctis Constitutiones, ubi in
Ecclesia nostra funus celebrabitur, & nu- 18
merus sufficiens nostrorum erit; ubi enim
alterutrum deesset, possent externi vocari
ad funera nostrorum.

Ex 3. 73 In singulis Prouinciis seruetur mos anti- Cap. 4
cōg. d. quis in suffragiis præstandis pro iis, qui in § 3. 4.
62. Prouincia moriūtur, ut scilicet in eo loco, ubi
quis decesserit, singuli sacerdotes tria Sacra,
& fin-

et singuli fratres tres Coronas. In aliis vero Prouincie locis duo sacra faciat, et duas Coronas recitent. Pro aliis vero, qui extra Prouinciam obeunt, singuli sacerdotes cuiusque Prouincie semel in quavis hebdomada Mis sa sacrificium offerant, & singuli fratres unam Coronam orent. Præterea de obitu cuiusque, significetur per uniuersam Societatem, ut omnes sacerdotes in Missis, reliqui insuis precationibus illius anima Deo commendent pro cuiusque deuotione.

Ex 2. *Curabit Pater Generalis, ut qui sint è no-*
cog. d. stris cōcionaturi publicè, qui etiā cōfessiōes
31. *audituri, iij sint ad ea munera obeūda suffi-*
cienter instructi, hoc enim ad eius admini-
strationem attinet: tum etiā illud ut cōmu-
nicitur concionatoribus, & confessariis pe-
culiaris instructio. Et tamen visum est re-
tinendum esse priuilegium à sede Apostoli-
ca concessum, ut nostri possint cōcionari, e-
tia si non sint ad ordines promoti.

Ex 1. *Si Pr̄epositus Generalis extra Vrbē mitte-*
cōg. ti. retrur, vel sponte iret non ad tempus breue,
6. d. 6. arbitrio ipsius relinquendum est, an aliquos
ex Assistentibus secum habere debeat nec-
ne, prout negotia conficienda essent plura,
vel pauciora, ut socium tamen semper ali-
quem

Circa
7. par.
const.
Cap. 4.
§. 6.

Circa
8. par.
const.
Cap. I.
§. 7.

quem eorum apud se habere deberet.

76 Poterit Præpositus Generalis Prouincialis
 Ex 1. cōg. ti. bus iniungere, ut quotānis visitet Domos &
 6. d. 32. Collegia suarum Prouinciarum; vel eorum
 arbitrio id relinquat, itaque ipse met cōstitu-
 tiones interpretetur in hac parte.

77 Quædā sunt in ratione scribēdi, quæ in de Cap. 1.
 Ex 2. claratiōnibus primi capitōlī autē partis cō § 9.
 cōg. d. 73. tinentur, quæ modo bene obseruari nō pos-
 Ex 3. cōg. d. 33. sunt: vnde remediū per aliquā immutatiōnē
 Constitutionū in ea parte adhibendum est.
 Litteræ ad ædificationē spiritualē scribātur à
 singulis Rectoribus, & Præpositis localib⁹
 semel in anno, & illarū tot fiant exempla,
 quot nationes à Reuerendo Patre Generali
 designatæ fuerint. Rectores, et Præpositi lo-
 cales scribāt singulis hebdomadis ad suum
 Prouinciale in Europa iuxta Cōstitutionēs.
 In India vero & Brasilia, ut suis Prouincia-
 libus visum fuerit commodū, et opportunū.
 Missi autē ad fructificandū in agro Domi-
 ni, scribāt ad eū, quæ designauerit ille à quo
 missi sunt, singulis hebdomadis, vel quoties
 ipsi s̄ fuerit præscriptū, & illis quidē rescri-
 bāt sui superiores semel in mēse iuxta Con-
 stit. his verò respōdebitur, quoties iudicaue-
 rit is qui illos misit. Prouinciales omnīū Pro-

uinciarū Europæ, scribant ordinariè ad P.
Generale semel quolibet mēse. Rectores au-
tem, & Præpositi locales tertio quoque mē-
se ad eundē scribant: ita tamen hæc accipiā-
tur, ut extraordinariè possint scribere quo-
ties necessitas urget. Prouinciales verò In-
diæ, & Brasiliæ scribant Præposito Genera-
li quādo se obtulerit nauigationis cōmodi-
tas. Rectores autem, & Præpositi locales ex
Indiis semel, ex Brasilia verò bis in anno, si
se obtulerit occasio. Præpositus Generalis
ad Prouinciales rescribat secundo quoque
mēse, ad Rectores verò, & Præpositos loca-
les sexto quoque mense, nisi aliqua necessi-
tas prius ad respondendū suadeat. Reliqua,
quæ spectat ad res, de quibus scribendū est,
& ad modum, & ad quale anni tempus an-
nuas litteras scribere debeat, hoc totū Patri-
nostro Generali relinquitur, ut ipse pro sua
prudentia statuat quid facte opus sit. Recto-
res Collegiorū, & Præpositi locales catalo-
gū Patrum, & fratrū cōficiant, & infor-
mationem communē semel in anno ordina-
riè; & ad suos Prouinciales mittat, qui illos
ad Præpositum Generale mittent. Materia
verò, & modus conscribendi hos catalo-
gos à Patre nostro Generali prescribatur.

In reliquis, quæ hic nō attinguntur obseruentur Constitutiones; quæ tamen propterea non expungantur, etiam si executio, & praxis iuxta Decreta hæc sit obseruanda.

⁷⁸ Ex 1. *Cōfirmantur Prouinciae hactenus institu-*
cōg. ti. tæ, & Præposito nouarū institutio relinqui-
^{s. d. 29.} *tur: postquam autem institutæ fuerint, veniet*
ex eis terni iuxta Constitutiones perinde at-
que ex aliis.

⁷⁹ Ex 2. *Prouinciarū institutio iuxta prioris Con-*
cōg. d. gregationis Decretum Præposito Generali
relinquitur, qui tamen non nisi re diligenter
considerata, & cū Assistentibus communi-
cata Prouincias instituere ad cōmune Socie-
tatis bonum debeat.

⁸⁰ Ex 2. *Nullū tempus certū Cōgregationi Gene-*
^{Cap. 2.} *cōg. d. rali cogēdæ præscribatur, sed tertio quoque*
^{24.} *anno veniant simul ex omnibus Prouinciis*
Procuratores, qui professi quatuor votorū,
& viri maxime idonei sint à Congregatio-
ne Prouinciali electi, & habeat ius suffra-
gij simul cum Assistentibus, & ipso Patre
Generali, qui duo suffragia, & qualitatem
præcedendi habebit ad decernendū, an cogi
debeat Congregatio generalis nec ne.

⁸¹ Ex 3. *Professi trium votorum, seu non professi,*
^{Cap. 3.} *cōg. d. cū Rectores, vel Ministri sunt sacerdotes*
^{§. 1.} *51. tamen,*

tamen, professis quatuor votorum, qui apud illos versantur, seu etiam diuertunt ex itinere iuxta regulæ communis præscriptum, præesse possunt, ac debent. Professi autem huiusmodi quatuor votoru ad obedientiam illis præstādam, ac subiectionem, iuxta communē locorum, ubi illi præsunt, ordinē, ac regulas teneantur. Neque id aduersatur declarationi tertij capituli octauæ partis, aut Decreto prime Congregationis.

82

Ex 2. Constitutiones circa Procuratores, qui cum
cong. Præposito Prouinciali, præter duos electos
d. 3. ad eligendū Præpositum Generalem mit-
tuntur à Cōgregatione Prouinciali, vel ad-
ducuntur ab ipso Præposito Prouinciali,
seruentur: sed cum tantum ad electionem
vocatur Congregatio, terni veniant ex sin-
gulis Prouinciis, scilicet Prouincialis cum
duobus electis, nec ulli Procuratores sunt
adducēdi, qui suffragiū habeat; quod si Præ
positus, vel Vicari⁹ Generalis, vel iij ad quos
attinebit generale Congregationē conuoca-
re, iuxta nostras Constitutiones, vel Decreta,
iudicet aliquos esse adducendos ad negotia
grania tractāda, cū id significauerint Prouin-
cialibus, unus, vel duo possunt ex singu-
lis Prouinciis, vel à Cōgregatione Prouin-
ciali,

ciali, vel ab ipsis Præpositis Prouincialibus electi, venire, & quidē cū suffragio actiō, et passiō iuxta Cōstitutiones, si vel coadiutores spirituales formati, vel professi trium, vel quatuor votorum fuerint: non aliter.

Ex 2. 33 Si cōtigerit Procuratores electos ex Pro-
cōg. d. uincis Indiæ, et Brasiliæ in Europa esse, quā

94. do fit Cōgregatio generalis, ad quā venire possint, hi interfint Congregationi, pro suis Prouinciis, qui quidē si sint professi quatuor votorū, & nō solū electi a suis Prouinciis ut Procuratores; sed etiam ut suffragiū hic possent habere in electione Præpositi Generalis, tūc hi possunt etiā admitti, ut in dicta electione habeant suffragiū. Quod si nō af- fuerint quādo fit Cōgregatio generalis, tūc potest eligi unus Procurator tantū pro India, & Brasilia, à Prouincia Lusitaniæ, quē admodum hactenus actum est.

Ex 3. 34 Sardiniæ Procurator sine Congregatione
cōg. d. Prouinciali posse venire ad generale, et ad

73. alia ius habere suffragij, præterquam ad Generalis, & Assistentiū electionē. Eligetur autē à Viceprouinciali, & Cōsultoribus, ac professis quatuor votorū, qui eo in loco ubi aderit Viceprouincialis, fuerint. Ex Polonia etiā admittetur Procurator simili modo ele-

34 CANONES TRIVM

Et us ad Cōgregationē Prouinciale Austricē,
 si Viceprouincialis iudicaret ad eā nō posse
 venire suos Rectores: & ad Generale etiam
 venire poterit, si Cōgregationi Austricē vi-
 debitur expedire. Et supradicta intelligatur
 quādiu Sardinia, & Polonia nō fient separa-
 tae Prouinciae. Simili modo ex Lusitania pro
 India, & Brasilia, ac ex Bætica pro Peru, et
 noua Hispania Procuratores mitti poterūt,
 si alij electi nō sufficient ad negotia tractā-
 da iudicio Congregationis prouincialis Lu-
 sitanicae, & Bæticæ, ad quas etiam pertinebit
 huiusmodi Procuratores eligere.

Ex 1. 85 Assistētes intersint, & suffragiū habeant
 cōg. ti. in electione noui Præpositi, & eorū officiū
 s.d. ii. Usque ad electionē confectam duret, & Vi-
 carij Assistētes ijdem sint, aut si ex eis eli-
 getur Vicarius, reliqui eius Assistētes erūt.
 In ordine autem dicendi antiquitatem pro-
 fessionis sequantur.

Ex 3. 86 Quicunque Vicarius Generalis post obitū
 cōg. d. Præpositi extiterit, post electionem noui Ge-
 neralis sequētis, ad Congregationē accedet,
 & locum inter Prouinciales iuxta antiqui-
 tatem suæ professionis habebit.

Ex 2. 87 Assistētes quorum officium per electio-
 cōg. d. nē noui Præpositi Generalis expirauerit, an-
 2.4. etori-

*E*t oritate ab hac Cōgregatione data, interesse debent Cōgregationi generali, quæ post electionē ad alia negotia tractanda celebatur, cum suffragio, siue noui Aſſistentes eligantur, siue non eligantur.

- Ex 3. 88. Procurator generalis, qui Romæ fuerit tē cōg. d. pōre Cōgregationis generalis, ad eā deinceps 68. admittatur post Præpositi electionem.

- Ex 1. 89. Præpositū Generale habere duo suffragia, Cap. 3. cōg. ti. & præterea qualitatem præcedendi cæteris §. 2. 1. d. 8. paribus, intelligendum est in Cōgregatione ipsa generali, & non quādo inter ipsum & quatuor Definitores res sunt trāsigēdæ: tūc enim vnū suffragium solum habebit, cum prærogatiua præcedendi in casu paritatis.

- Ex 1. 90. Seruādæ sunt Constitutiones octauæ par- Cap. 5. cōg. ti. tis capite quinto circa tēpus cogēdi Cōgrega 2. d. 30. zionē: et si prorogatio effet facienda per Vica riū, & Aſſistentes, ad plura suffragia fieri debet, si tamen exacto termino præscripto in initio venerint aliqui designati ad Cōgregationem, habeant & illi suffragiū ad prorogationem temporis præscripti.

- Ex 2. 91. Secretarium eliget Congregatio ante Ge Cap. 6. cōg. d. neralis electionem, non solum qui electioni §. 6. ipsi subserviat, sed qui Cōgregationibus, & actis, si quæ fient, ante electionem; post ele-

ctionē autem, vel eundem ad illas Congregatiōes, & acta cōfirmabit, vel alium eliget.
Horum officiū terminabit finis electionis,
vel Congregationis.

92 Prima generalis Cōgregatio in actis poste Cap.7.
Ex 1. cōg. ti. rioribus statuit, ut Patres in Congregatione §.2.

6.d.27. eo ordine sederet, qui in actis prioribus fuedat præscriptus. Eundem igitur ordinē cond. 31.

Ex 2. seruandum esse censemus, nec retinendam cōg. d. esse partem illam declarationis septimi capi-

106. tis octauae partis, quæ ab eadem Congregatione abrogata fuerat. In mensa vero sacerdotes precedant alios ad eum gradum non promotos: inter ipsos autem sacerdotes, aut laicos, nullus ordo constituatur.

93 Quæ proponēda sunt, ordine in Declara-

cōg. ti. tionibus in septimum caput Constitutionū 1.d.5.

dicto, proponi debent, ut post Prouincialem sequātur reliqui de eadem Prouincia: sed cū sententiæ dicendæ sunt, eo ordine dicētur, quo sedendum esse definitum est.

94 Non sunt omnia referenda pro cuiuslibet

cōg. ti. arbitrio ad plenā Congregationem, sed for-

1.d. 13. lum, quæ in priuata consultatione, id est Deputatorum, digna iudicabuntur.

95 In rebus grauioribus, cuiusmodi sunt quæ

cōg. ti. in Cōgregatiōne generali necessariò veniūt

tra-

tractanda, uno die rem proponi, & alio cōfici oportet. Si quæ alia proponentur, pro arbitrio Patris Præpositi, eodem, aut alio die tractabuntur.

⁹⁶ Non solū in vniuersum, sed nec particula

Ex 1. tim, de Constitutionibus substantialibus no
cōg. ti. stri instituti agēdum est. De aliis in Congre
z. d. 2.

Ex 2. gatione tractari potest, sed sine experimen
cōg. d. to, vel ratiōe clarissima nihil mutari possit.

^{2.} Licet tamen de omnibus declarationē pete
re, referendo ad Congregationē ut ipsa cen
seat, qua declaratione sit opus.

⁹⁷ Quod dicitur septimo capite Constitutionū Cap. 7.
§. 3.

Ex 1. octauæ partis si rebus agitatis, nihil ferè o
cōg. ti. mnium consensu constitueretur, exponen
z. d. 6. dum esse, tò Omniū cōsensu, intelligi de ma
iori parte suffragiorum, cui standum est.

⁹⁸ Sufficiat ad discernendum quiduis, etiam

Ex 2. ex grauioribus, plus quam media pars eorū
cōg. d. 10. qui legitimè congregati sunt in Congrega
tione generali, dummodo non agatur de iis,
quæ pertinent ad substātiā nostri institu
ti. De rebus minus grauibus ad plura suffra
gia possit definire Congregatio.

⁹⁹ Post Decretum Congregationis plenæ, vel

Ex 1. etiā Definitorum cum Præposito, concedi
cōg. ti. z. d. 9. tur cuius vna intercessio, id est facultas cō

tradicendi in re quauis. In abrogatione autē alicuius veteris Constitutionis, vel nouę institutione, etiam duę intercessiones permit-tuntur. Standū est nihilominus, siue semel, siue bis intercedatur illorum definitioni, penes quos est facultas definiendi.

¹⁰⁰ Ex 1. Cum Definitores eligēdi sunt, per scruti-nium ad maiorem partem suffragiorum eli-
cōg. ti. 1. d. 7. gi eos oportet.

¹⁰¹ Ex 2. Eligēdi præterea à Congregatione viden-tur duo Patres eiusdem Congregationis ad
cōg. d. suffragia enumeranda, & conficienda De-
creta, cum Secretario Congregationis.

¹⁰² Ex 2. Librū habeat Secretarius Congregationis,
cōg. d. in quo quæ confirmata erunt Decreta conti-
98. neantur: & ea quidem ante dissolutionem
Congregationis simul leget in plena Con-gregatione Secretarius, & sua manusub-
scribet, & sigillo Societatis muniet.

¹⁰³ Ex 3. Placuit Cōgregationi, ut ex actis post elec-tionē Generalis, huius præsentis, & duarū
15. 53. præcedentiū Congregationum Canones, qui
ad obseruantia, & praxim communē perti-nere possent, desumeretur, & seorsum im-primerentur, & soli euulgarentur. Reliqua
verò Cōgregationum acta, & Decreta as-seruarentur: commissitque Patri nostro Ge-nerali,

Cap. 7.
§. 5.

nerali, ut nulla facta sensus mutatione illos
exradi curaret.

104 Non est soluenda Congregatio pro folius
Ex 1. cōg. ti. Præpositi Generalis arbitrio, sine consensu
7. d. 1. ipsius Congregationis, quæ Generali supe-
rior est.

105 Visum est nemine discrepante, Præpositū Circa
Ex 1. cōg. ti. Generale omnino perpetuum esse debere iux- 9. partē
2. d. 33. ta primum caput Constitutionū quartæ par- conit.
tis, & eius declarationem, re ex parte sum- Cap. 1.
mi Pōtificis proposita in Cōgregatione, &
cum die sequenti idem proponeretur, idem
Congregatio sensit.

106 Sua legitima potestas ad mutationes perso Cap. 3.
Ex 2. cōg. d. naru constare debet Præposito Generali, cui §. 2. 9.
16. Constitutiones eā tribuunt, siue ab uno in al-
lium locū eiusdem Prouinciae, siue diuersæ
mutari conueniat, & etiam Provincialibus
intra suas Prouincias iuxta Constitutiones.
Curandū tamen est per superiorum pruden-
tiam, ut non sine causa alicuius momenti,
nec cum detimento eorum à quibus aliqui
remouentur, tales mutationes fiant.

107 De carceribus tenendis, ius quidem est Cap. 3.
Ex 1. cōg. ti. penes Societatem; quoad usum autem ni- §. 10. 11
6. d. 37. hil statuitur, sed ea cura Præposito relin-
quitur.

40 CANONES TRIVM

108 *Vt trienniū designatū est Prouincialibus,* Cap. 3.

Ex 2. cōg. d. *quo officium gerant suum, vt habetur tertio §. 14.*

87. *capite non & partis Constitutionum, non vi-*
detur similiter agēdum in Rectoribus, nec
addendum præterea ad Constitutiones, quæ
de hoc nihil decernunt.

109 *Superintendentis officiū, vel nomen usur*

Ex 2. cōg. d. *pādum non est in Societate, nisi vbi pro ar-*

105. *bitrio Patris Generalis, necessitas vel magni*
tudo Collegij vtrunque postulauerit, nec e-
nim nomen tantum retinendum est.

110 *Non expirat potestas Prouincialiū,* Cap. 3.

Ex 1. liorū officialium per mortem Præpositi Ge

cōg. ti. 1. d. 1. *neralis, nec per electionem noui, donec dis-*
soluatur Congregatio generalis; quodque
non licet Præposito mutare huiusmodi offi-
ciales usque ad dissolutionem Congregatio-
nis, nisi eidem prefatae Congregationi, ali-
quem esse mutandum videretur.

111 *Iuxta Constitutiones nostras, & rationis*

Ex 2. cōg. d. *dictamē videatur, ac declaretur à Patre Ge*

14. *nerali, quæ sit ordinaria, & omnibus Pro-*
vincialibus, ex aequo conferenda potestas, quæ
autem extraordinaria, & pro ratione loci,
temporis, & personarum huic potius, quam
illi communicanda: ut priorem illam, omni
bus; posteriorem hanc, ius conferat Præposi-
tus

CONGREG. GENE. 45

*tus Generalis, quibus ad bonam gubernatio
nem in hac vel illa Prouincia, conuenientem
fore iudicauerit.*

- Ex 3. 112. Cōmittitur Patri Reuerēdo Præposito Ge Cap. 3.
cōg. d. nerali, ut videat an Domus professorum, in §. 17.
27. magnis ciuitatibus, quæ Societate habere de-
fiderant, erigi debeat: & an curandū sit, ut
plures huiusmodi Domus professæ, & pau-
ciora Collegia haberentur, eidemque com-
mendat, ut erigendis eiusmodi Domibus a-
nimū applicet, ipsius tamen prudentiæ te-
pus & locum, & modum relinquat, quo id
effici debeat.

- Ex 3. 113. Domus professæ Fūdatorem habere pos-
cōg. d. sunt, quēadmodū, & Collegia. Fūdator au-
tem professæ Domus, ille censeri debet, qui
dat Ecclesiā necessariis rebus ad cultū Dei
ornatā, præterea Domum supellectili dome-
stica & libraria sufficiēter instructā. Pro
huiusmodi autē Fundatore ea suffragia in
ipsa Domo & Prouincia, in qua Domus eri-
gitur, exhibebuntur, quæ Constitutio quar-
tæ partis capite primo pro Collegiorū Fun-
datoribus in tota Societate exhibere præscri-
bit, excepta candelæ traditione.

- Ex 1. 114. Cōmissarij non erunt officiales ordinarij, Cap. 3.
cōg. ti. 6. d. 12. sed prout visum fuerit Præposito Generali §. 20.
13.

42 CANONES TRIVM

expedire. Post mortē verò Præpositi, expirat Comissariorū potestas, nec ratione officij suffragiū habebūt ad electionē noui Præpositi, nisi alioqui eligeretur inter illos ternos de quauis Prouincia; in qua versabūtur tēpore Congregationis provincialis, ad quā vocari debebunt, & eligi poterunt ut veniant ad Congregationem generalem.

115 Comissarij ad visitandas Prouincias tertio,
Ex 2. cōg. d. vel quarto quoque anno, vel quādo Præposi-
to Generali videbitur, & cū qua auctoritate,
25. & iurisdictione videbitur mittatur: alijs,
qui continuū, & quasi ordinariū officiū ha-
beat in Prouincia remota nō constituātur,
iuxta Decretum actōrū posteriorū prime
Congregationis, sed cū necessitas, vel utilitas
magni momenti hoc officium iudicio Præ-
positi Generalis requiret, pro re nata pos-
sint huiusmodi Commissarij ab eo institui,
qui, cū satisfactum erit causæ, propter quā
instituti fuerant, pro eiusdem Generalis ar-
bitrio eodem officio defungantur.

116 Admonitor Præpositi Generalis eligatur Cap. 4.
Ex 2. cōg. d. ex professis quatuor votorum, & eius ele-
27. ctioni Procuratores intersint.

117 Si cōtingat Admonitorem Præpositi Ge-
Ex 3. cōg. d. neralis alio mitti, poterit idē Præpositus a-
66. lium

lium ei substituere, si tatum ad breue tempus
sit abfuturus. In casu autem mortis, aut diu-
turnae absentiae, eadem in alio substituendo
ratio seruetur, que in substitutione Assiste-
tium seruanda est.

¹¹⁸ Ex 2. cōg. d. *Assistentiū, & Admonitoris officia vñq;
ad noui Generalis electionem duratura esse
decernitur, nam post Præpositi Generalis
decessum, ijdem erunt Assistentes, idē Ad-
monitor Vicarij Generalis.*

¹¹⁹ Ex 1. cōg. ti. *Cū Societas committere debeat Assisten-
tibus vices suas quod attinet ad suam prouin-
ciam circa Præpositū, cumque ijdē Con-
siliarij Præpositi esse, & in rebus ad doctrinam
res gerendas pertinentibus, eūdem
subleuare, et alia nostri instituti ministeria
exequi debeant, bonos, fideles, Societatis &
communis boni amatores, discretionis dono
præditos, in rebus gerendis versatos, & ad
conuersationē cum hominibus idoneos esse
eos oportet, & ab iisdem, qui Præpositum
Generale elegerint, inter absentes, & præ-
sentes professos, vel qui apti sint ad profes-
sionem emittendam, & si fieri possit ex variis
Prouinciis elegantur.*

¹²⁰ Ex 1. cōg. ti. *Cum dicatur quarto capite nonæ partis,
prouidentiam Societatis circa Præpositum
Gene-*

Cap. 5.
§. 2.

Generale esse primo circa externa, secundo circa corpus, tertio circa animā, & in quinto capite sequēti dicatur, quod per Assistentes exerceat Societas hāc prouidentiā, qui in tribus dictis dicent, & faciēt quod in Domino iudicauerint expedire, quæsitū est, quomodo intelligi oporteat illud Dicent, & facient, & statutum est, tō Dicere, & face-re, ita interpretandum esse, ut coniunctim ad tria referatur; Facere quidem, & dicere ad duo priora; Dicere tantum, idest, admone-re, per personam ad id deputatam, ad tertium referendum esse:

Cap. 5.

¹²¹ Assistentes idonei, & iis dotibus prædicti: §. 3.
^{Ex 2.} cōg. d. quas Constitutiones requirunt, eligēdi sunt,
^{25.} & quidē ex quatuor nationibus inquitum fieri possit, iuxta uniuscuiusque conscientiā. Antiqui autē Assistentes, inter Provinciales habeant locū, secundū ordinē, & tempus suæ professionis, ad suā sententiā dicēdam: noui verò, si in ipsa Congregatione iam sint, maneant in suis locis pro eius Cōgregatio-nis tēpore, in qua electi sunt, statim tamen sua potestate, & munere fungi incipient in iis, quæ iuxta Cōstitutiones eis legitime conueniūt circa Patrē Præpositum: nā quod ad Congregationem ipsam attinet, nihil ī, nisi suum

suum suffragium, ut ceteri habent.

122 Sine consensu Societatis non possit dimitti
Ex 1. officium Assistentis, etiam ob aduersam va-
cōg. tī. ti. 6. d. 5 letudinem in aere Romano, quod si per So-
cietatem id licebit, Constitutionum ordo, in
alio substituendo seruetur.

123 Si Pontifex quempiam ex Assistentibus
Ex 1. cōg. tī. aliquò mittere vellet, discretioni Generalis
s. d. 7. relinquitur, an eum informare debeat, ut po-
tius alium mittat; ut plurimum tamen, in-
formari ab eo Pontificem oportet.

124 Si mittatur Assistes à Præposito extra lo-
Ex 1. cōg. tī. cū, in quo ipse residet, non se excusare debet
s. d. 4. sed obedire; ipsius tamen erit Præpositi Co-
stitutionū meminisse, quæ nō esse facile able-
gandum quempiam Assistentium statuūt.

125 Si male se gereret Assistens, adeò, ut indi-
Ex 1. cōg. tī. gnus videretur eo loco, posset interim suspe-
s. d. 8. di ab officij executione à Præposito Genera-
li, non tamē omnino remoueri, nisi de cōsen-
su Societatis iuxta Constitutiones. Poterit
tamen aliis à Præposito constitui, prout ille
dicūt, in casu mortis, & diuturnæ absentie.

126 Pater Generalis erit Præpositus Domus Cap. 6.
Ex 2. cōg. d. Romanæ, & habebit Ministrum, & alios
7. 92. officiales, quorum opera vtatur ad guberna-
tionem particularē eiusdem Domus. §. 5.

46 CANONES TRIVM

127 Assistentes, officio sibi à Congregatione Cap. 6.
Ex 2. generali commissione incumbant iuxta Consti §. 10.

cōg. d. 93. tutiones; nec alii occupentur ministeriis,
quibus à suo officio auocentur, vel impe-
diantur.

128 Quatuor esse debent Assistentes; & licet Cap. 6.
Ex 1. cōg. ti. in unam personam coincidere possit Secre- §. 11.
6. d. 9. tari, & Assistantis officium, melius est di-
10. uersis personis hæc officia committi.

129 Forma votorum simplicium, quæ post pro- Circa
Ex 1. cōg. ti. fessionem emitenda esse in Constitutioni- 10. par.
6. d. 23. bus dicuntur, approbatur, & executioni mā- const. §. 6.
danda videtur.

130 Verba illa, Tum si quem sciam id curare,
Ex 3. cōg. d. &c. addita secundo voto simplici, quod pro
70. fessi post solennem professionem emittunt,
reponantur post sequentem promissionē de
non prætendenda Prælatione aliqua extra
Societatem in hunc modum, Tum si quem
sciam aliquid prædictorum duorum cura-
re, vel prætendere, &c. ut scilicet utrumque
complectatur quod de Prælatione in Socie-
tate, & extra eam dicitur.

FORMV-

CONGREG. GENE. 47
FORMVLA VOTORVM

simpliciū, quæ professi emittūt post
professionem iuxta Constitutiones
par.6.cap.2.§.1.& par.10.§.6.

Ex 1.
cōg.ti.
6.d.23.
Ex 3.
cōg.d.
70. *Go.N.professus Societatis I E S V pro
mitto Deo omnipotēti corā eius Virgi
ne Matre, & tota Curia Cælesti, & corā Re
uerēdo Patre Præposito Generali, vel corā
N.locū Generalis Præpositi tenēte, nunquā
me aēlurū quacūque ratione, vel consensu
rum, ut quæ ordinata sunt circa paupertatē
in Cōstitutionibus Societatis immutētur, ni
si quando ex causa iusta rerum exigētium,
videretur paupertas restringenda magis.*

*Præterea promitto nūquam me aēlurum,
vel prætensurum, ne indirectē quidem, ut in
aliquam Prælationem, vel Dignitatē in So
cietate eligar, vel promouear.*

*Promitto præterea, nunquā me curaturū,
prætensurumū extra Societatem Prælatio
nem aliquam, vel Dignitatem, nec consen
surum in mei electionē quantum in me fue
rit, nisi coactus obediētia eius, qui mihi præ
cipere potest sub pœna peccati.*

*Tum si quem sciam aliquid prædictorū
dñorum curare, vel prætendere, promitto il
lum,*

lum, remque totam me manifestaturum Societati vel Præposito eius.

Insuper promitto si quando acciderit, ut hac ratione in Præsidem alicuius Ecclesiæ promouear, pro cura, quam de animæ meæ salute, ac rectamuneris mihi impositi administratione gerere debeo, me eo loco, ac numero habiturum Præpositum Societatis Generalem, ut nunquam consilium audire detrectem, quod vel ipse per se, vel quiuis alius de Societate, quem ad id ipse sibi substituerit, dare mihi dignabitur: consiliis vero huiusmodi ita me paritum semper esse promitto, si ea meliora esse quam quæ mihi in mentem venerint, iudicabo. Omnia intelligendo iuxta Societatis I E S V Constitutiones, & Declarationes. In tali loco, tali die, mense, & anno, &c.

¹³¹ Ex 2. Nec Principibus, nec Dominis aliis secundis. ^{§. II.}
cōg. d. laribus, aut Ecclesiasticis assignari debet aliquis ex nostris Religiosis, qui aulas eorum sequatur, & in eis habitet, ut Confessarij, aut Theologi, aut alio quoquis munere fungatur, nisi forte ad per breve tempus, unius vel duorum mensium.

F O R M U L A A C C E-
 ptandorum Collegiorum data à Re-
 uerédo Patre nostro M. Laynez Ge-
 nerali Præposito Societatis IESV,
 de qua fit mētio Canone quinto secū
 dæ Congregationis generalis, & vige-
 simoquarto trium Cōgregationum.

Ex 2.
congr.
Can. 5.

I **C**onsideratis operibus, & ministeriis, Circa
 quibus ad Dei gloriam, & animarū
 profectū Societas nostra occupatur; & con-
 siderata etiā obligatione charitatis, qua ex
 instituto tenemur in illis perseverare; re-
 prius præmeditata, & cū Patribus Assistē-
 tibus ad consultationem adducta, & Do-
 mino commendata, Visum est mihi, ut in
 Collegiis, quædeinceps Diuina Maiestas fun-
 dare dignabitur, nouæ à nobis obligationes
 non admittantur; sed qui diuino instinctu,
 & Dei obsequio, quod Deo præstatur in So-
 ciestate, ac utilitate, qua Dei gratia proximi
 iuantur, commotus, Collegiū aliquod fun-
 dare voluerit; pure, & liberè absque condi-
 tione, vel modo, donationem faciat dotatio-
 nis quam Domino Deo nostro offerre vult.
 Societas verò non ex noua obligatione, sed
 ex illa sua antiqua, quā, ut diximus habet,

4 par-
tem
const.
Cap. 2.
§. 1. 2.

D curet

curet ut secundum numerum eorum, qui ex tali fundatione sustentari poterunt, in tali Collegio numerus operariorum constituantur, qui quidem in illo, iuxta nostrum institutum se exerceant in vinea Domini, de cuius diuina bonitate speramus, si Christiana hac simplicitate, quæ ipsi innittitur, progressum, Societatem perseveraturam purorem, nec desituram illud præstare, ad quod secundum suam vocationem, obligatur; Fūdatoris etiam intētio ita implebitur; simulque tollentur hinc inde causæ inquietitudinis, quæ ex humanis cautionibus oriri possunt, & solent; quæ quantumuis cautè, & circūspectè transigantur, nihilominus semper ab humana astutia labefactari possunt, ut ipsa experientia ostendit, quæ tam in aliis Religionibus, quam in multis nostræ Societatis locis, nos docet, prædictum modū fundationis, partibus omnibus, benè cedere ad diuinum obsequium, & commune bonum, quod optatur.

DE

DE VARIIS MODIS

Collegiorum, & personarum numero, quæ videntur in singulis necessariæ.

2 In Collegio, ubi tres ponuntur præceptores litterarū humaniorum quartus etiā esse debet, qui illis substitui possit, & tres sacerdotes, è quibus unus Rector sit, reliqui duo utilitati seruiant animarum. Vbi vero tales septem operarij sunt, cōuenit totidem saltem ibi scholares alere, ut illud perpetuum opus esse queat, succendentibus his in sacerdotum, & præceptorum locum, ubi aut morte, aut ægritudine, aut aliis de causis non possent officio suo fungi. Est etiam præter hos necessarius Minister unus, cum Coadiutoribus quinque, videlicet Ianitore, Sacrista, Coquo, Emptore, & quodam alio, qui eos in omnibus adiuuet. Minimum itaque Collegium viginti constabit ex nostris, ultra quos, prouidēdum erit, unde Corrector, qui de Societate non sit, alatur, ad eos castigandos pueros, qui scholas frequētabunt, prout illi, ab ipsis præceptoribus præscribetur.

3 Si Collegiū quinque præceptores habeat, ad humanas litteras, Latinas, Græcas, &

52 FORMULA ACCEPT.

Rhetoricam profitendum, substitutos alios duos habeat necesse est, nec non quatuor, quinque ne sacerdotes, ut præter illos tres suis prædictos, eorum unus lectionem casuum conscientiae posse profiteri; ut sacerdotes illius regionis, qui parum erunt in iis versati, hac in parte, quæ eis est necessaria, iuuari possint, quo ipsi melius officium suum faciant ad Diuinam gloriam. Vbi vero tales undecim, aut duodecim magistri, ac sacerdotes conceduntur, totidem saltem scholastici instituendi erunt ad operis perpetuitatem (ut superius dictum est) Minister etiam unus cum sex Coadiutoribus. Itaque minimus numerus complebit triginta, extra Correctorem, in similibus Collegiis.

4 Si Collegium præter supradicta, artium liberalium cursus volet suscipere, ultra illius numerum nostrorum, viginti addendi erunt, partim præceptores, partim discipuli, ita ut omnes simul conficiant numerum quingenarium.

5 Si Societas alicuius Uniuersitatis, aut generalis studij curam suscepturna esset, adiunge retque supradictis Scholasticam Theologiam, & Sacram Scripturam; huiusmodi onus admittere non debebit, nisi commode prout-

prouideatur, unde septuaginta, aut iis plures collegæ possint ali: ut superiori numero accedant viginti, partim præceptores, & partim discipuli: & expediret, ut hic numerus, adhuc augeretur, quo non tantum opus huiusmodi perpetuo duraret, verum etiam ex eo Collegio insignes aliqui operarij possent excerpti, ad commune bonum in his, & illis locis promouendum.

6 In Collegiis, vbi Societas proprias non habet scholas, præter scholastichorum numerum, sunt etiam necessarij Rector, ac Minister; & si magnus numerus inibi esset adhuc Subminister: Coadiutores vero secundum numerum Collegarum.

7 In huiusmodi vero Collegiis, collocari poterunt operarij, secundum commoditatem, quam habet Societas, & dispositionem missis in populo.

FORMVLA CONGRE-

Ex 3. gationis prouincialis à tertia Gene-
congr. rali Congregatione approbata.

d. 53.

QVIBVS IN CASIBVS CONGRE-

gatio prouincialis cogi debeat.

I *Quatuor in casibus cogenda est Cōgrega-
tio prouincialis. Primus est, ad eligēdos Ele-
ctores Præpositi Generalis, iuxta tertium ca-
put octauæ partis. Secūdus, quādo occurre-
ret aliquis ex iis casib⁹ qui in secūdo, et ter-
tio capite oēt auæ partis, & quinto capite no
næ partis, attingūtur. Tertiū, quādo eligēdi
sunt hi, qui cū Prouinciali ad Cōgregationē
generale sunt mittēdi, quæ ab ipso Præposito
viuente ad aliqua grauia negotia cogitur,
prout quinto capite oēt auæ partis dicitur:
vel cū Cōgregatio Procuratorū simul cum
Assistētibus & ipso Generali, cogendæ esse
decernūt, iuxta decretū vige simū quartum
secūdæ Congregationis generalis. Quartus
est ad eligēdos Procuratores qui tertio quo-
que anno à fine Congregationis generalis
computando ex singulis Prouinciis ad Præ-
positum Generalem mittēdi sunt iuxta de-
clarationem secundi capituli oēt auæ partis
& prædictum Decretum vigesimumqua-
rum secundæ Congregationis.*

Circa
8. par.
const.
Cap. 3.
§. I.

QVIS,

QVIS, VBI, ET QVANDO
debeat Congregationem prouincialem
conuocare.

- 2 Spectabit ad Præpositum Prouincialem,
vel ipsius loco ad Viceprouinciale, Congre-
gationem huiusmodi indicere, quocūque ex
prædictis casibus cogenda illa sit.
- 3 Eiusdem erit locū commodum, & idoneū
designare quo debeant conuenire, & tēpus
etiam præscribere quod opportunū sit, ut ea
absoluta, qui electi fuerint ad locū Congre-
gationis generalis celebrādē designatū, vel
ad Patrem Generalem tempore præscripto
commodē venire possint. Nō durabit autem
Congregatio prouincialis, ultra decem, vel
ad summum duodecim dies.

QVI CONGREGARI DEBEANT.

- 4 Intererunt, & suffragij ius habebunt in
Congregatione prouinciali (in quocūque ex
quatuor casib⁹ prædictis cogatur) in primis
ipse Præpositus Prouincialis, & si quis Co-
missarius, vel Visitator, iā officio suo defun-
ctus (nam si eius officium adhuc perdurat
Congregatiō adesse nō debet) in aliqua Pro-
uincia eo tempore versabitur, quo celebra-
da est Congregatio. Præpositi præterea Do-
morum professarum, Rectores Collegiorum
Societatis, & Domorum probationis, quæ

separate, & Prouinciali immediate subiectae fuerint, vel Vicepræpositi Prouinciarum & Domorum, ac Vicerectores (si accideret in aliqua Prouincia, Domo, vel Collegio eo tempore non inueniri Præpositum, vel Rectorem, aut legitimè impeditum esse) vel iij, quos hi miserint suo loco. Rectores etiā qui præfunt Seminariis, vel Conuictoribus, ubi curam huiusmodi suscepit Societas, si tamē nouem de Societate ut minimum in eiusmodi Collegiis, & immediate Prouincialis subditi fuerint.

5 Intersint etiam præter hos, omnes professi quatuor votorum (exceptis iis, qui post cognitam Præpositi Generalis mortem ad eam Prouinciam ex alia missi fuissent, ne in duabus diuersarum Prouinciarum Congregationibus suffragium habere quisquam posset) quotquot non fuerint legitimè impediti, vel necessario occupati, & huius legitimi impedimenti, ac necessariæ occupationis, index erit Prouincialis ipse cum Cōsultoribus & professis quatuor votorū, qui fuerint in eo loco ubi ipse erit, ad plura suffragia.

6 Præterea venient Procuratores, unius vel plurium Prouinciarum; & ubi tales non fuerint, venient Procuratores maximi Colle-

gij in-

gij inter omnia Collegia in quavis Prouincia, modo sint Sacerdotes, et Coadiutores formati, aut trium votorum professi, & non sint legitimè impediti, ut de professis dictu est. Porro nec Vicarius generalis, nec Assistentes Congregationi prouinciali interesse debebunt, aut etiam poterunt.

7 Quæ autem impedimenta excusare debeant, vel Prouinciale, vel aliquem electum in Congregatione prouinciali, quominus ad Congregationem, vel ad Praepositum Generalem veniat, si Congregatio prouincialis non erit dissoluta, ipsa statuet per vota secreta, si dissoluta fuerit, de Electorum impedimentis statuat ipse Prouincialis cum suis Consultoribus & professis quatuor votorum presentibus ad plura suffragia, an legitima sit excusatio: quod si impedimentum Prouinciali acciderit, Consultores ipsius & Superior loci, ubi Prouincialis erit, cum professis quatuor votorum presentibus ad plura suffragia decernent, an huiusmodi impedimentum legitimum censendum sit.

DE ELIGENDIS IN Congregatione prouinciali.

Si agitur de mittendis ad Congregationem generalem, quinque professi quatuor voto-

vū eligi debent, in primis duo Electores Prae-
positi futuri iuxta Constitutiones capitulū ter-
tij & quinti, partis octauæ, vel in quocun-
que casu comitaturi Prouinciale ad Con-
gregationem generalem.

- 9 Deinde eligendus est tertius, ut ex duobus
predicatis & ex eo cōficiatur ille ternarius,
ex quo vnum Prouincialis suo loco mittere
debet iuxta declarationem tertij capitulū o-
ctauæ partis, si impeditus legitimè iudica-
bitur. Præterea quartus & quintus addan-
tur, ut subrogentur in locum duorum, qui
electi primo fuerunt, & cum Prouinciali
ad Congregationem venient, si legitimè &
ipſi impedirentur, ita ut si solus Prouincia-
lis excusatus habebitur, tertius veniat; & si
aliquis ex duobus primis comitibus, non au-
tem ipſe Prouincialis se excusabit, tertius ni-
hilominus veniat, et si vterque ex primo ele-
ctis excusandus iudicabitur, tertius et quar-
tus eorum loco subrogentur; quintus autem
non subrogabitur, nisi ultimo loco, quando
ex aliis nominatis propter legitima eorum
impedimenta non potest impleri numerus
duorum, qui cum Prouinciali, vel Vicepro-
vinciali venturi sunt ad Congregationem
generalem.

io Si agitur de electione Procuratorum, in primis qui præest Prouinciae eligi non poterit, ut tertio quoque anno ad Præpositū Generalem veniat, ne Prouinciam suam deserere cogatur. Eligi autem debebunt duo professi quatuor votorum, unus primo loco, & alter secundo, qui subrogetur in locum prioris, si ille propter legitima impedimenta venire non poterit.

ii Ex transmarinis Prouinciis veniant Procuratores profesi, etiam quatuor votorum à Provinciali cum consultoribus, & professis quatuor votorum præsentibus ad plura suffragia electi, ut simul cum aliis Romæ de Congregatione generali cogenda delibera- turi, cum suffragio intersint, si tamen prædicti Electores in prædictis locis iudicabunt commodè non posse mitti talem Procurato rem, licebit eis vel professum trium voto rum mittere, vel coadiutorem spiritualem formatum, vel in sequens triennium differre missionem.

DE REBUS TRACTANDIS in Congregatione prouinciali.

12 Post electionē personarum, agendum est de rebus, quæ vel Præposito, vel Congregationi generali, nomine illius Prouinciae propone-
dæ sunt

60 FORMVLA CONGR.

dæ sunt, & si agitur de Procuratore mitten-
do tertio quoque anno, in primis agetur de
rationibus, quæ mouere possunt ut Congre-
gatio generalis celebrari debeat, vel non ce-
lebrari: deinde de negotiis vel in Congrega-
tione generali, vel cum ipso Patre Præposto,
aut Congregatione Procuratorum tra-
etandis.

13 Cum mittuntur Procuratores, ea propo-
nuntur, quæ ad veram & utilem informa-
tionem Patri Generali dandam (scilicet de
statu totius Prouincie, Domorum, Collegio-
rum, negotiorum, demū de tota ratione gu-
bernationis in Prouincia, & quomodo Su-
periorum ordinationes obseruatæ sint) in di-
cta Congregatione expediet tractare iudi-
cio Deputatorum; & ipsius Congregationis
nomine, Generali referre. Quidquid auten-
z Congregationis nomine proponetur, aut pe-
tetur, subscriptum sit à Secretario & obsi-
gnatum: quæ vero vel ab ipso Prouinciali,
vel ab aliis verbo, vel scripto ei dicentur, ut
Patri Generali referat nomine ipsorum, nō
Congregationis referre debet.

14 Cum rationes proponentur ad suadendā,
vel dissuadendam Congregationem genera-
lem, nihil in alterutram partem statuatur,
hoc

hoc enim Procuratorum est, cum fuerint apud Generalem cum Assistentibus cōgregati, qui proponent eas, prout eis dicta & fuerint Congregationis prouincialis, vel aliorum nomine.

- 15 Intelligat Congregatio prouincialis non sibi licere quidquam constituere præter ea, quæ in hoc officio expressa erunt: unde neque infirmare, vel immutare ea, quæ à Superioribus iam ordinata fuerunt, poterit.

DE MODO PROCEDENDI circa Congregationes prouinciales.

- 16 Superiores antequam discedant ad Congregationem prouincialem, informatione accepta ab iis, quos ex suis domesticis benè sentire de rebus tractandis iudicabunt (non prohibendo alios, quin possint priuato nomine vel Consultoribus offerre, vel ad Cōgregationem prouinciale mittere, quæ volent) conferant cum suis Consultoribus, quæ ad Congregationem prouinciale sunt deferranda.

- 17 Elapo die ad conueniendum præfixo, sequenti die, congregentur omnes, qui affuerint ex iis, qui habent ius suffragij, & habito in primis à Præposito Provinciali, vel ab

alio

alio per ipsum designato, sermone breui, in quo proponantur in genere, quæ agēda sunt, omnes hortetur, ut syncere in omnibus se gerant. Deinde an legitima Congregatio sit censenda, ad plura suffragia decernāt. Tertio verò loco, eligatur Secretarius etiam ad plura suffragia, qui omnia, quæ fuerint acta in Congregatione, mandet scriptis; & iis, quæ vel ad Præpositum, vel ad Congregationem generalem, nomine Congregationismittenda sunt, subscribet & signabit sigillo Prouincialis. Ei autem adiungatur unus ex Patribus eodem modo electus, qui ad colligenda suffragia, & reliqua scribenda ipsum adiuuet.

- 18 Eodem modo elegantur duo ex primariis Patribus, qui vna cum Præposito Prouinciali elegant, quæ sint Congregationi prouinciali proponenda, quæ reicienda, iudicio saltem duorum ex ipsis; atque illa tantum ibi tractanda current, quæ maioris momenti vi debuntur, & quæ possint tempore Congregationi præfixo absolui: liceat tamen unicuique, quæ à Deputatis reiecta fuerint, vel in Congregatione proponere (dummodo de personis nō agatur) vel ad generale Cōgregationem, seu Præpositū transmittere, si iudicio

dicio Deputatorū non acquieuerit. Ad hos autem deferant omnes, qui ad Congregatiōnem venerint, intra diem vnum, aut alterū sequentem post electionem mittendorum, omnia, quæ Congregationi proponenda attulerunt, assigneturque dies, in quo facienda sit electio eorum, qui ad generalem Congregationem, vel ad Præpositum sunt ituri, qui dies tertius, vel ad summum quartus sit à die, quo fuit aperta Cōgregatio prouincia lis, habita prius informatione de qualitatib⁹ mittendorum, iuxta Decretum vigesimum quartum secūd& Congregationis, & iuxta declarationem secundi capit⁹ octau& partis, si agitur de Procuratoribus, si autem de Congregatione generali iuxta secundū & tertium caput octau& partis.

- 19 In sedendo & dicendo hic ordo seruabitur, ut ad dexterā Prouincialis sedeant professi omnes quatuor votorum iuxta suę professionis antiquitatem, siue sint superiores, siue non; ad sinistram verò Rectores iuxta antiquitatē suę professionis trium votorū, vel admissionis in Coadiutores formatos, si verò tales non fuerint, iuxta antiquitatem sui ingressus in Societatem; postea Procuratores simili ordine antiquitatis.

- 20 Electionem personarum ad Præpositum Generalem, vel Congregationem generalemittēdarum ad plura medietate suffragia, ea quæ secreta fiant, sic tamen, ut si in primis duobus scrutinis nullus electus fuerit, in aliis consequentibus scrutinis, suffragia dentur tantum inter eos, qui aliqua suffragia antea habuerint.
- 21 Rerum verò tractandarum determinaciones ad plura vota simpliciter definiantur, ut citius expediantur, neculla intercessio permittatur. Præpositus autem Prouincialis, vel eius loco Viceprouincialis, duo semper suffragia habebit in Congregatione: Quæ porro fient in Congregatione prouinciali, legantur die sequenti à Secretario, ut omnes videant, an rectè facta sint.
- 22 In principio Congregationis prouincialis affigatur muro catalogus omnium professorum quatuor votorum, qui in Prouincia versantur tam absentium, quam presentium, ut omnes sciant, è quibus possint eligere eos, qui Romam sunt mittendi.
- 23 Cum autem capietur de personis eligendis informatio, illud præcipue animaduertendum est, ut nullus per se, vel per alium, pro se vel pro alio, ne indirectè quidem suadeat,

*Vt se, vel alium eligant, aut non eligant, sed
fiant potius electiones omnes sincerè & că
dide ex iis, quæ Spiritus sanctus dignabitur
suggerere, & quæ ex informationibus didi
cerint. Nemo itaque alteri obtrudet infor
mationem non petenti, caueanturque dili
genter non solum mendacia, sed etiam exag
gerationes in laudandis, vel vituperādis eis,
de quorum agitur qualitatibus.*

24 *Si quis autem (quod auertat Deus) ambi
tiosè agere deprehensus fuerit ad sui, vel al
terius electionem, vel exclusionem, si id pro
babitur sufficienter, actua, vel passiva, vel
utraque voce priuetur iuxta delicti graui
tatem, & probationis certitudinem: et qui
dem si ambitio publica esset, punitio quoque
publica esse debebit. Iudicabunt autem cau
sam hanc Prouincialis, & tres ex antiquo
ribus professis, vel si ipse Prouincialis reus
esset, quatuor antiquiores professi ex iis, qui
Congregationi prouinciali intersunt, &
saltem tres ex illis conuenire debent in ean
dem sententiam.*

DE IIS QVAE PROCVRA tores Romæ agere debent.

25 *Postquam ad Generalem venerint Procu
ratores, agentum de informatione Præpo
sito*

sito Generali danda, iuxta illa, quæ ex suis
Prouinciis attulerunt, tum de Congregatio-
ne generali, an scilicet cōuocari debeat nec
ne, accepta informatione ab iis tantum qui
ius habent suffragij iuxta Decretum Vigesi-
mum quartum secundæ Cōgregationis, &
præsertim quomodo seruētur Cōstitutiones
& Decreta Congregationū, & regulæ, an
disciplina religiosa relaxetur, an in spiritu,
& virtutib⁹ proficiat Societas, an potius de-
ficiat, quomodo Unio animorum se habet in
Societate, & an aliquod graue periculū il-
lius labefactandæ metuatur, &c.

26 Deinde præmissa oratione & cōsideratio-
ne apud se, & corā Deo statuent, quam sint
dicturi sententia, & omnes simul in nomi-
ne Domini congregati ad plura medietate
suffragia, die ad hoc statuto definiēt, an co-
genda sit, & quādo Congregatio generalis.

27 Si inter ordinationes vel respōsa aliis Pro-
uinciis data (quæ videre debebūt) aliqua fue-
rint, quæ ad usum suarum Prouinciarū se-
cum ferenda existimabunt, id facere pote-
runt, iudicio Patris Generalis, vel eorū, qui-
bus ipse commiserit.

28 Si ad Seminaria nostrorū scholasticorū,
vel nouitorum in aliqua Prouincia perfi-
cienda,

cienda, vel ad transmarinarum, vel septentrionalium, aut aliarum Prouinciarum necessitates graues, operariis pluribus opus esset, quam quos mittere Pater Generalis ex Urbe possit, cureret, qui earum Prouinciarum Procuratores fuerint, Patri Generali suggerere, ut dispiciat, an alicuius Prouinciae abundantia, alterius inopiam supplere possit, & id, cōgregatis Procuratoribus omnibus, facilius tractari poterit.

OFFICIVM VICARII GENERALIS à tertia generali congre- gatione approbatum.

Ex 3.
cōg. d.
53.

- I Vicarius Generalis propter mortem Generalis Præpositi constituēdus, vel nominabitur ab ipso Præposito ante mortem, ut habetur capite quarto Cōstitutionum & declarationū octauæ partis, vel si ille nō nominasset, eligetur à Professis quatuor votorū, qui si in eo loco, ubi mortuus est, non sint, saltē sex (tot enim ad minimum iudicatum est esse oportere) tunc cura adhibenda erit, ut ex vicinioribus locis, vt cunque illa distent, is numerus cōnocetur, quod si in distantia æquali plures fuerint, quam sex, omnes erunt ad electionem vocandi. Fiet autē electio ad plura medietate suffragia, et iux-

Circa
8.par.
const.
Cap. 4.
§. I.

ta Constitutiones communiter eligatur ex iis, qui adesse Præposito, & ipsum iuuare soliti sunt, vel certè ex iis, qui proximè degūt, & sunt in rebus Societatis versati, præmissa per biduum oratione & informatione iuxtarationem informationis, quæ in electione Generalis seruari solet. Illud tamè biduum computandum est à sepultura Patris Generalis. Interim tamen gubernatio Societatis erit in ordinariis Superioribus. Electioni vero Romæ quidem præerit Provincialis Romanus, si aderit, sin minus, Minister Dominus, si fuerit quatuor votorum professus: alibi vero, qui præest toti Provinciae, vel ipso impedito, antiquissimus ex professis quatuor votorum.

2 Vicarij officium durat usque ad electionē Præpositi Generalis, & duplex quidem est: Alterum est, Societatem, ad electionē Præpositi faciendam, præscripto tempore & loco quo conuenire oporteat, conuocare, ut habeatur Constitutionum parte octaua capite quarto. Alterum est, Generalis vices gerere in gubernatione Societatis, donec nouus Præpositus electus fuerit, ut habetur Declarationum parte octaua capite quarto. Vicarius itaque simul atque creatus fuerit, dabit operam,

operam, ut Missæ & orationes in vniuersa Societate, pro anima Præpositi mortui fiant, deinde ad conuocandam Societatem ad noui Præpositi electionem primo quoque tempore diligentissimè incumbet, Præpositos Prouinciales certiores faciat, locum Congregationis & tēpus quinque, aut sex mensium iuxta Constitutiones præscribat; prorogari tamen poterit, cum necessitas postulauerit vel initio, vel antequam Patres conuenerint, arbitrio ipsius Vicarij, & Assistētium ad plura suffragia. Quando vero aliqui Patres conuenerint, non poterit sine illorum suffragiis prorogatio fieri iuxta Decretum trigesimū tituli secundi primæ Congregationis: Missas & orationes pro felici electione Præpositi indicat: Congregationes prouinciales ut ritè fiant, admoneat: & si post electionem Præpositi alia negotia graviora tractanda in Congregatione sint, ad quæ discutienda, vel definienda aliorum opera, præterquam duorum Electorū à Congregatione prouinciali, necessaria videantur, Prouinciales admoneat, qui adducendi erunt, ut eos adducant, iuxta Constitutiones.

³ Antequam congregata sit Societas, potestatem habeat Pater Vicarius, quia possit so-

lus iubere, quæ ad conuocationem attinent
iuxta Constitutiones, solus tamen nō potest
prorogare tempus Congregationis, ut decre-
tum est in actis posterioribus primæ Cōgre-
gationis titulo secundo Decreto trigesimo:
postquam autem sunt Patres congregati
vel omnes, vel eorum maior pars post tem-
pus definitum, solus non poterit ea, quæ ad
electionem pertinent, definire, sed si quid e-
merget dubij, vel difficultatis, id erit per cō-
gregatos simul cum eo determinandū; exe-
cutio vero Vicarij erit.

4. Vbi autem dies constitutus, & terminus
prefixus venerit, ad quem venturi sunt Pa-
tres, eos, qui iam conuenerunt, conuocabit,
modo excedant duas tertias partes, eisque
rationem eorum, quæ facta sunt post mortē
Generalis, ad Congregationem pertinentia,
reddet; et reliqua omnia, quæ ad ritè elec-
tionem faciendam, pertinere videbuntur Cō-
gregationi, curabit; quæ petenda sunt tum
ex Constitutionibus, tum ex Decretis ante
electionem.

5. Alterum officiū Vicarij est, Societate vni-
uersam gubernare. Verum ita est illam gu-
bernatur, quasi Vicarius Præpositi de mor-
tui, non quasi Præpositorius: quare illā ita gu-
berna-

bernabit, ut sibi tradita est. Nullam igitur immutabit gubernationis rationem, nihil propriæ inventionis, nullam nouam regulā, nullum ritum, nullam consuetudinem, aut inducit, aut introductā mutabit (quod utique vel Provincialibus Prepositis, vel Congregationibus minus licebit facere) sed ad spiritum, & sensum Generalis demortui se componet, illius compertam voluntatē sequetur, incertam coniectabit. Itaque quoad poterit, debebit suo ministerio quasi viuum, ac præsentem Generale illiusque gubernationem repræsentare.

- 6 Quocirca eisdem Assistentibus, Admonitore, Secretario, Procuratore, quibus utebatur Præpositus Generalis, utetur Vicarius ad gubernandam Societatem, eisdem Præpositis, Rectoribus, Præfectis probationum, & aliis officialibus primariis, qui creantur à Generali, quos mutare ei non licet, vel novos creare, nisi forte aliqui eorum morerentur, & alij in illorum locum, usque ad electionē Præpositi Generalis substituendi essent, vel aliquæ grauissimæ cause intercederent, propter quas aliquis illorum ab officij executione, tollēdus, vel suspēdendus videtur, iure suffragij nihilominus ei relictō,

*& hoc quidem non sine consilio Assisten-
tium, de quorum etiam consilio, & suffra-
giis eliget Admonitorem, si forte ipse fue-
rat Admonitor Præpositi Generalis de mor-
tui, & in Vicarium electus est.*

7. *Eadem de causa res omnes graues, & ma-
ioris momenti, quæ differri usque ad electio-
nem noui Præpositi poterunt, quando illa bre-
ui futura est (quoad eius fieri poterit) diffe-
ret, & ad nouum Præpositum Generalem
remittet.*

8. *Quocirca nullam Domum, nullum Colle-
gium, nullam Vniuersitatem, vel Domū pro-
bationis instituet; quæ si offerantur, ita ne-
gotium fundationis tractabit, ut si in re So-
cietatis apertè futura sint, & omni difficultate
careant, eos qui Fundatores esse volunt
iubeat bene sperare, si quid vero difficile,
aut dubium sit, alet spe eorum bonam volun-
tatem, nihil certi promittet, rem totam ad
Generalis creationem reseruabit. Ad pro-
fessionem admittere etiam, vel designatum
a præmortuo Præposito, vel in ius, quæ ad pro-
fessionem attinent, dispensare non poterit
Vicarius, neque Professum aliquem, vel Co-
adiutorem formatum à Societate dimittere.*

9. *Circa contractus, ad quos facultatem ha-
bebit,*

bebit, sic explicatur Decreto septuagesimo primo secundæ Congregationis, ut non pos- sit de vendendis, vel alienandis bonis stabili- bus Societatis, nisi res sit in evidentem utili- tatem, & necessaria, quæ moram non pa- tiatur, & cum consensu Assistentium ad plura suffragia.

10 Circum missiones professorū, si quid urge- ret, potestate Generalis uti poterit, consultis Assistentibus, eos tamen, qui vel electi sunt à Congregationibus prouincialibus, vel qui eligi possunt, ut Congregationi generali in- tersint ante factum electionem, neque ex aliis Prouinciis ad se euocabit, neque ad ea loca mittet, unde ad electionem commodè venire non possint; nec etiam ad infideles, neque ad partes remotas, quæ maiorem co- siderationē requirunt, nisi forte in iis aliquid tam graue, & vrgens accideret, ut Assisten- tium iudicio res differri non posset.

11 In uniuersum cum Assistentibus consul- tare debet res omnes grauiores, non minus, immo magis quam Præpositus Generalis, quandoquidem minorem habet auctorita- tem, minorem experientiam, minus diutur- num regendæ Societatis munus. Sic enim plus ponderis habebunt apud illam, quæ ipse

constituet. Quamobrem quæ sunt Præposito vita functo, vel constituta, vel concessa, non temere, nec sine grauiſſima cauſa vel infirmabit, vel reuocabit. Litteras vero, quas Vicarius scribet, vel à Prouinciis accipiet, Assistentibus ostendet.

- 12 Si noui Præpositi electio, aliquo casu ultra sex menses à Constitutionibus præscriptos differatur, & aliqua grauia accideret, quæ usque ad eius electionem commode dif ferri non possent, Vicarius Generalis, auditis Assistentibus, id statuat, quod ad maiorem Dei gloriam, & Societatis utilitatem magis fore iudicabit.

CANONES, EX ACTIS

Ex 3.
cōg.d.
53.

TERTIAE CONGREGA-
tionis generalis ante electionem, de-
sumptū: quibus includuntur ea, quæ
ex prioribus Congregationibus ante
electionem obseruanda videbantur,
recogniti, & confirmati post electio-
nes, vt vim habeant in futurum.

PRIMVS CANON.

ICum generalis Cōgregatio indicta fue-
rit a Patre Vicario pro electione no-
ni Præpositi generalis, & spatiū temporis cō-
nocādi ad hoc Societate iuxta Cōstitutiones
fuerit elapsū, inchoari poterit Cōgregatio,
si iā duæ tertiæ partes electorū à suis Prouin-
ciis aduenerint, & quidē si ex singulis Pro-
uinciis vocati fuerint Procuratores ad tra-
Etanda negotia post electionē Generalis, nō
admittetur in Congregatione ante electio-
nē, neque ad acta, quæ in illa fiunt. Ordo au-
tem sedendi in Cōgregatione, & dicēdi sen-
tentias, huiusmodi erit, vt ad dexteram Pa-
tris Vicarij sedeant Patres, qui superstites
fuerint ex decem primis, deinde simul Aſſi-
ſtētes, et Prouinciales, ordine antiquitatis in
sua

Circa
8. par.
const.

Cap. 63

sua professione inter ipsos seruato, postea ve-
rò, eodem ordine ad sinistrā reliqui professi-
Electores, de quorum legitima vocatione, et
iure suffragij ad electionem Generalis Pa-
tri Vicario, & Assistentibus, ex actis sin-
gularum Congregationum prouincialium,
vel ex alio sufficienti testimonio consti-
rit. Siquid verò dubij in aliquibus particula-
ribus inuenierint, id totum ad generale Con-
gregationem quamprimum referent, non
admissis iis, de quibus legitimè dubitatur, do-
nec ipsa Congregatio de illis constituerit.

2 Decernatur primum à Congregatione, eos,
qui adsunt, Congregationem generalem le-
gitimam, & plenam confidere, quod si Pa-
ter Vicarius, & Assistentes de aliquorum
electorum legitima electione, aut vocatio-
ne dubitauerint, id referant (ut paulò ante
dictum est) ad Congregationem: ut de illis,
antequam ad illam admittantur, sigillatim
ipsa statuat quid agendum sit.

3 Proponatur Congregationi, an suppleri
debeant omnes defectus, si qui fortè accide-
rint, tam in Congregationibus prouinciali-
bus, quam alijs quicunque.

4 Secretarium per scrutinium secretum eli-

get Congregatio, non solum qui electioni
Gene-

Generalis, sed qui Congregationibus & a-
etis, si quae fiet ante electionem, subseruiat:
cuius officium finis electionis terminabit.

5 Si Romæ habeatur Congregatio, propo-
natur, qui nā cū Patre Vicario adire debeat
summum Pontificem, ad petendam ab ipso
benedictionem, & ad electionem Præposi-
ti, & ad alia, quæ in Congregatione iuxta
nostras Constitutiones tractanda erunt.

6 Eligatur unus ex Electoribus per scruti-
nium secretum, qui secundam habiturus sic
orationem iuxta sextum caput octauæ par-
tis. Eligatur etiam aliis extra numerum E-
lectorum, qui curam habeat includendi E-
lectores, cum aliis quatuor, siue ex Procura-
toribus, qui vocati sunt ex diuersis Prouin-
ciis, si qui tales venerint, siue ex aliis Patri-
bus, de Societate.

7 Deinde Congregatio per secreta scruti-
nia eligat, & deputet quinque Patres ex va-
riis nationibus de numero congregatorum,
qui cum Patre Vicario & Assistantibus vi-
deant, an aliquid sit, in quo insigne detrimen-
tum passa sit Societas, vel passura esse timea-
tur, quod singulari prouidentia, atque indu-
stria, vel resarcendum, vel curandum sit;
de quo, si quid fuerit, conficient interroga-
tionem.

tionem commode, qua interrogacione inquirere Electores possint, ac debeat, & intelligere, quis esse aptissimus videatur ad officium Generalis Praepositi, ad maiorem Dei gloriam administrandū. Porro de quibus aget hi Deputati, ea ad plura suffragia trāsigent, nec duo suffragia habebit Vicarius generalis, sed solum suffragij prærogatiuam.

- 8 Ad hos autē Deputatos singuli Electores, & Procuratores ferēt, quae habent à suis Cōgregationibus provincialibus, vel quae ipsi notarunt ad hoc negotiū pertinētia. Si verò alijs ex nostris extra numerum Electorū & Procuratorū, aliquid huiusmodi deputatis proponerent, non erunt rei ciendi, tamen nō sunt prouocandi, ut hoc faciant. Verum eorum informatio nō nisi scripta, & subscripta ab ipsis recipiatur. Interrogatoriū autē à Deputatis confectū, nō oportebit, ut publice in Cōgregatione legatur; sed satis erit, si singulis Electoribus ante incēptum quatri duum cōmunicetur. Necesse tamen erit, ut Deputati ab electoribus interrogati circa intelligentiā, vel explicationē interrogatorij, eos informent de statu Societatis in huiusmodi rebus, & de iis, quae ipsa passa est, vel passura timeatur, quatenus ad bonā electionem

Etionem futuri Generalis vtile erit.

9 Si quædam maioris momenti, ad electionē spectantia, Congregationi proponātur, uno die hæc proponi debent rationibus utrinque adductis (Et si in his maior informatio desideraretur, ea à Vicario, vel ab aliis Electoribus petenda est) Et sequenti die dicantur sententiæ. Hæc vero, Et omnia, quæ ante electionem tractanda erunt ad plura suffragia decernantur. Si quæ autem leuiora proponerentur pro arbitrio Patris Vicarij, non cōtradicente Cōgregatione, aut eodem, aut alio die tractentur: nihil tamen Congregationi generali ante electionem erit proponeandum, quod non ad ipsam electionem pertineat: Et quæ proponenda videntur, prius à Patre Vicario cum Assistentibus ad plura suffragia determinantur; si quis verò postea non fuerit contentus, licebit illi proponere Congregationi.

10 In actis ante electionē, Vicarius habebit solū qualitatē præcedendi, cæteris paribus, tā suffragiis, quam qualitatibus: nulla tamen sufficiet qualitas suffragiorū ad electionē Præpositi, sed numero medietatem omnium suffragiorum excedi oportebit.

11 Proponatur ante quatriduū, an expectādi
sint

sint absentes ad electionē Præpositi faciē-dam: & si decernatur, non esse expectādos, nihilominus suis illis locus seruandus erit in Congregatione, si venerint.

12 Primo die quatridui, manè eligatur Assi-stēs per scrutinia secreta, post cuius electio-nem Pater Vicarius suam habebit orationē iuxta Constitutiones.

13 Quatriduo ante electionem profesi non egredientur domo sine licentia Patris Vica-rij (cui liberum erit egredi, si quando opus esse iudicaret) ut orationibus, Missis quoti-die dicendis, ieuniis, & aliis corporis affli-tionibus, & informationibus etiā vacent. De partitione autem ieuniorum, disciplina-rum, & orationum, quae fieri debebūt in eo loco, ubi Congregatio habebitur, Pater Vi-carious illam pro suo arbitrio faciet.

DE RATIONE INFOR-mationis ad electionem Præ-positi Generalis.

14 Videndum est, qui debeant informationē petere, à quibus ea peti, de quibus personis, de quibus rebus, quomodo peti debeat, po-stremo, quomodo petenti respondendum sit.

**QVI DEBEANT
petere.**

Omnes

15 Omnes Electores, nemine excepto, informationem petent.

A QVIBVS PETI debeat.

16 Ab iis solis, qui ad Congregationē vocati sunt, siue sint Electores, siue Procuratores, & in quatriduo dūtaxat; ita tamen, ut Procuratores, à quibus peteretur, teneantur eādem legem subire ratione informationis, quam electores: de qua lege, & informandi modo, Procuratores ipsi per Secretarium prius informari debeat.

DE QVIBVS PERSONIS peti debeat.

17 De quibus venit in mente vnicuique, quod possent esse idonei ad munus Præpositi Generalis, siue absentes, siue præsentes sint, inter professos tamen quatuor votorum.

DE QVIBVS REBUS peti debeat.

18 In genere loquendo iis de rebus, ex quibus iudicari potest, quod aliquis sit idoneus ad munus Præpositi obeundum, vel cōtra. Itaque defectus, qui bonæ gubernationi adversari possunt, et peti & dici debet, omis̄sis illis, quæ ad bonā Præpositi electionem non faciunt; & hæc omnia iuxta Cōstitutiones,

82 CANO. TERTIAE
¶ præcipue iuxta secundum caput nonæ partis, & iuxta interrogatoriū, quod à Deputatis conficietur, ut dictum est: sed & habenda est ratio eorum, quæ in secundo, & tertio capite examinis, & etiam secundo et tertio capite primæ partis Constitutionum dicuntur. Ex iis enim quisque sibi interrogatorium ad informationem confidere potest, nemo tamen arctandus videtur, quin interrogare possit alia, quæ interroganda præterea iudicauerit. Per etiam debet ab eo, qui reddit informationem, an quid aliud habeat dicendum de persona, de qua interrogatur, & an de alia sentiat capiendam informationem, & an ab alio quopiam aliqua in re clariorem, ac certiorem informationem habere possit, inter eos, à quibus peti debet informatione.

QVO MODO PETI DE- beat informatio.

19 Non petat an hic vel ille aptus videatur ad hoc munus nec ne; sed de rebus illis, ex quibus indicari possit, an sit idoneus nec ne: eius intentio sit pura ab affectibus humanis, etiam naturalibus, ne dum vitiosis; & tantum gloriam Dei, & meliorem Societatis gubernationem (quæ ad commune bonum ani-

*animarum ordinatur) præ oculis habeat,
et non propriam utilitatem, quæ illi non
consonat.*

- 20 *Nec solum ab omni ambitione pro se, et
aliis sit liber, sed diligenter obseruare de-
bet, ne voluntatis propensionem ad hunc,
vel illum excludendum, vel admittendum
habeat, quo ad eius fieri potest, donec post o-
rationem, et informationem suo tempore
et loco statuat, quam sententiam sit dictu-
rus; nec eam præ se ferat. Cum informatio-
nem aliquam de aliquo accipit, seruet alte-
ram aurem aliis, et cor Deo, memor, quod
cum iuramento est electurus, quem aptissi-
mū duxerit. Si quid tamē intellexerit, quod
secretū teneri debeat, cum aliis, præterquā
cum Electoribus, in informatione silētium
teneat, memor charitatis, et in virtute san-
ctæ obedientiæ in re tantum graui, non in
qualibet. Non existimet quisquam Electro-
rum se minus gratum futurum ei, cui non
dederit suum suffragium, et de quo liberè
secundum cōscientiam informauerit, quin
potius eidem et universæ Societati, et Deo
rem gratissimam se facturum sciat.*

- 21 *Post informationem consideratio, et dis-
cussiones necessaria est, et multo magis oratio,*

84 CANONES TERTIAE
quæ illustrationem impetrat à Deo sapientiæ
fonte, ad bene iudicandū & eligendū eum,
qui Deo maximè sit placitus: & in hac di-
uina gratia potius, quam in humana dili-
gentia, spem constituat: meminerit tamen
non solum voluntatem, sed iudicium cohi-
bendū esse ab ultima definitione, iuxta sex-
tum caput octauæ partis, donec in locū in-
clusionis ingrediatur.

QVO MODO RESPONDE-
RE debet is, à quo petitur
informatio.

22 Nemo obtrudat informationem non pe-
tenti, & qui obtrusus est, deferatur: caueat et
ipse affectus humanos, non solū ambitionis,
sed etiam cuiusvis propensionis, quæ non du-
catur ex intentione honoris Dei, communis
boni, & bonæ gubernationis Societatis.
Et ut dictum est de petente, sic de dante in-
formationem intelligatur; nec ad promo-
tionem, nec ad exclusionem ullius incum-
bat, nec propensam ad id voluntatem osten-
dat, sed ut de re speculativa, vel omnino ad
se non pertinente, quod sentit, præcisè con-
tur explicare.

23 Non solum mēdacia, sed amplificationes,
& exaggerationes relinquātur, nihil reme-
rē, sed

rè, sed consideratè, & mature, certa pro certis, opinata pro opinatis referat: & qui aliquem defectum ab aliquo ex informatoribus audiuit, non referat aliis etiam interrogatus, sed ad eum, à quo audiuit, interrogatum remittet; ut qui coram Deo agit, & ei rationem est redditurus eorum quæ in sua informatione dixerit.

24 Super illud sextum caput partis octauæ, quod sub pena excommunicationis latè sententiæ quisque teneatur manifestare, si quæ sciret affectasse hoc munus, statuitur addendum esse censuram hanc, in eos, qui ambiunt pro aliis: & quod hæc censura se extendat ad informationem non sincram, eam scilicet, quæ studiosè mendax est, mala cum intentione, & in re graui. Demum ipso facto ambitiosos prose, vel pro aliis in excommunicationē incidere decernitur, à qua non possint absolui ante electionem, nisi à Patre Vicario, post electionem verò à Reuerendo Patre Generali.

25 Si Vicarius ipse notaretur de ambitu, deferedus esset ad duos antiquissimos professos, vel ad Provincialem antiquissimum pro deferentis arbitrio.

26 Pridie electionis vesperi in loco electioni
F 3 depu-

86] CANONES TERTIAE
deputato, parentur altare cum Crucifixo,
suggestus, & mensa, ubi erit Vicarius &
Assistens cum Secretario, & Urna, in qua
concienda sunt suffragia. Parentur item
schedule quotquot erunt necessariae, in quib⁹
ex una parte scriptū sit iuramentū, ut est in
Constitutionibus, incipiēdo hoc pacto. Ego
N. testem inuoco I E S V M Christum, qui
est sapientia æterna, quod eum eligo, & no-
mino in Præpositum Generalem Societatis
I E S V, quem sentio ad hoc onus ferendum
aptissimum. Ex alia verò parte ponantur hæc
verba. Eligo in Præpositum Generalem So-
cietatis I E S V. N. ita ut nihil desit electori
scribendum, nisi nomen electi, & eligētis,
& hoc manu propria, sed immutato (quan-
tū fieri poterit) charactere, ne agnoscipos-
sit à tribus illis, qui suffragia visuri & le-
turi sunt; nomen tamen eligentis maneat
obsignatum iuxta Concilium Tridentinū,
in quo præcipitur Generales eligi debere per
vota secreta, ita ut singulorum eligentium
nomina nunquam publicentur. Post pro-
mulgatum autem Decretum electionis, sta-
tim comburantur suffragia in ipso Cōgre-
gationis loco.

27 Missa de Spiritu sancto, ipso die electionis
nis ce-

nisi celebrabitur, iuxta Constitutiones sexto capite octauæ partis, ab ipso Vicario, vel ab eo, quem elegerit: & quidem coram omnibus, & in aurora, & post eius communionem, statim Electores communicabunt.
Missa autem in Ecclesia celebranda erit, et eundem ordinem in eundo ad eam, & communicando, & redeundo, de quo supra dictum est, seruabunt. Incedant autem bini, et ad campanæ domesticæ pulsum (quæ post communionem omnium usque ad inclusiōnem in loco Congregationis sonabit) hi, qui suffragia habent, ad locum Congregationis se conferent, Cruce præcedente, aliis de Societate interim canētibus, Veni Creator Spiritus. quem hymnum submissa voce omnes Electores in ipso loco Congregationis dicent: & post inclusionem Electorum idem de Societate in Ecclesia, vel alibi dicent Litanias, & continuam orationem, quæ usque ad electionem durabit, habebunt.

28. *Inclusis Electoribus, per Deputatos iam antea ad hoc electos, primum habeatur cōcio à Deputato à Congregatione, qua, in genere exhortetur ad electionem eius Præpositi, qui ad maius Dei obsequium conueniat, nullo dato signo, quo particularis aliqua per-*

*sona significetur: deinde quisque seorsum
oret Deum per horam, & cum nullo alio lo-
quendo, in Creatoris sui, ac Domini conspe-
ctu ex iis, quæ prius intellexit, apud se sta-
tuat, quem sit electurus.*

29 Statim post orationē, tentandū erit scruti-
nium, nisi prius cōmuniſ inspiratio in eligē-
do quempiam, præueniſſet ordine. Quæ qui-
dē inspiratio acceptari deberet, modo adeò
luculenta, & notoria eſſet, ne vno dempto,
ut nulla tergiuersatione negari posset diui-
nam eſſe inspirationem.

30 Iuxta Cōſtitutionem octauæ partis capi-
tis ſexti, ex iis, quæ prius quisque intellexit,
apud ſe ſtatuet, quem ſit electurus, & in
charta ſcribet nomen personæ, quam eligit,
locum illum declarando, ſtatuitur, nouas
informationes, quæ nullæ debent ſumi in lo-
co inclusionis, excludi debere, & ex præce-
dentibus cum gratia tām illustrationis diui-
nae, quam diſcurſus, accepta à Deo, & prius
& eodem loco, electionem eſſe faciendam
Præpoſiti Generaliſ, quem inter abſentes, et
præſentes, professos tamen quatuor votoř,
eligi oportet.

31 Pater Vicarius, Secretarius, & Aſſiſtēs,
antequam ſcribantur suffragia, iurabunt
coram

coram Deo (ut quadrat singulis) iuxta Cōstitutiones sexti capitū octauæ partis, se syncerè accepturos & publicaturos suffragia: & tam protestationis huiusmodi quām ab-solutionis formula hæc est, videlicet. Teste inuoco Deū, cuius oculis omnia nuda sunt, me fideliter accepturum & publicaturum suffragia; & quæ ad officium meum perti-nent, sincera cum intentione me p̄estitu-rum. Protestor etiam in Diuinæ Maiestatis conspectu, & vniuersæ Societatis, quam hic repræsentamus, me neminem admittere vel le, qui non sit admittendus, nec excludere, qui non sit excludendus; deinde subiunget Pater Vicarius.

- 32 Et auctoritate Dei omnipotētis, mihi, licet indignissimo, per Sedem Apostolicā, cōces-sa, absoluo vos à quauis sententia excomuni-cationis, suspensionis, & interdicti, & à quibusuis aliis sententiis, censuris, pœnis; & quantum sit opus, dispenso vobiscum super irregularitate quauis, dummodo sententias, censuras, & pœnas, ac irregularitatē hu-iusmodi ob defectus ad electionem hæc per-tinentes non incurriteris ad effectum legiti-mæ electionis. In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Amen.

CANONES TERTIAE 90

33 Absolutio autem, quā antiquissimus professus dat Vicario eiusdem tenoris erit cum ea, quā ipse alios absoluit.

34 Post prædictam protestationem, & absolutionem, Secretarius dicat Vicario. Pater datum suffragiū in nomine IESV. Mox Vicarius surgens, flectet genua coram Crucifixo, & signans se Cruce, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, legat iuramentum à tergo schedulae scriptum huius tenoris, ut dictum est. Ego. N. testem inuoco IESVM Christum, qui est sapientia eterna, quod eum eligo, & nomino in Præpositum Generalem Societatis IESV, quem sentio ad hoc munus ferendum aptissimum. Deinde surgens, & duobus digitis clausum suffragium suum ostendens, in urnam mittat; & se rursum inclinans coram Crucifixo redibit ad locum suum, & mox dicet duobus sociis suis, & ceteris, omnes ordine ferant sua suffragia in nomine IESV. Deinde surgens Secretarius, & Assistens, & postea reliqui, suo ordine sigillatim iuramentum faciet, & sua suffragia ferent ad exemplum Patris Vicarij. Quod autem iurent omnes se eligere eum, quem senserint in Domino aptissimum ad hoc onus ferendum,

dum, &c. declaratum est, quod si quis duos, aut plures pares omnino iudicaret suo iudicio, integrum sit ei dare, cui voluerit, suffragium.

35 Deinde Secretarius ex Urna, cum prius mixta fuerint suffragia, sigillatim extrahat, & cum reverentia & modestia extracta, singula ostendet Patri Vicario, ille autem visa, & utriusque socio ostensa, leget publicè, vel Secretario legenda reddet; & in hac promulgatione electus tantum nominetur, ob signato manente nomine eligetur, ut dictum est.

36 Post singulorum suffragiorum publicationem, conferetur numerus, si plures nominati fuerint: & qui plus quam mediā partem omnium suffragiorum habuerit, Generalis Praepositus erit; & Vicarius, si ipse electus non fuerit, significet publicè, plura esse medietate suffragia eius, qui eligitur: & postmodum formet Decretum in hanc formam. Cum in plena, & legitima Congregatione, collato numero omnium suffragiorum, plus quam media pars omnium, Reuerendum Patrem. N. nominauerit, & elegetur, Ego. N. auctoritate Sedis Apostolice, et Universæ Societatis, eligo predictū Reuerendum

92 CANO. TERTIAE
dum Patrē. N. in Præpositū Generalem So-
cietatis I E S V, In nomine Patris, & Filij, et
Spiritus Sancti. Amē. Romæ, vel alibi, &c.

37 Si Vicarius ipse electus esset, eius loco signi-
ficabit, & formabit Decretū antiquissimus
ex professis electoribus, scribeturque à Se-
cretario Decretū, & subscribetur ab eo, qui
format illud, & sigillo Societatis obsignabi-
tur, & statim omnes ad reuerentia ei exhi-
bendam accedat, incipiēte Vicario cū Secre-
tario et Assistēte, ordine prius dicto, nisi ali-
quis ex ipsis electus esset. Postremo omnes
ad Ecclesiā se conferent, canentibus aliis de
Societate, Benedictus Domin⁹ Deus Israel,
&c. inter eundū. Et in ipsa Ecclesia, Te Deū
laudamus, &c. & unus sacerdos dicat tres
orationes, primā de Trinitate, secundam in
gratiarū actionem, tertiam de die, vel de bea-
ta Virgine; & usque ad egressum de Eccle-
sia, Præpositorus nō admittat oscula manuum
ab aliis, quam ab electoribus.

38 Si in primo scrutinio nullus habuerit am-
plius quam medietatem suffragiorū ante Cō-
promissariorū electionē, de qua agitur sex-
to capite octauae partis, tentandū erit secū-
dum scrutiniū inter omnes, qui habuerunt
suffragiū aliquod ad officium Præpositi. Et
si nec

Si nec tunc quidē crearetur Præpositus, eodem modo tertiu scrutiniu tentandū erit; si nec tunc quidem egredetur Præpositus, quinque Electores ad plura suffragia eligendi erunt, & ad quem maior pars eorum inclinabit, ille Præpositus erit. Reliqua autem, ut supra, facienda erunt.

- 39 *Ad hos quinque Electores eligēdos, dāda est una hora, & seruāda est formula scribēdi, iurandi, & publicandi Electores, similis illi, quæ ad Generalel eligendū data est. Si acciderit duos vni, & totidem alteri suū dare suffragiū, tunc decidetur à Congregatione, quid erit agēdum. Hi autē Compromissarij eligent Præpositū Generalem inter eos, qui aliqua suffragia habuerint, sepositis illis, qui ad tria non pertigissent, nisi huiusmodi plures essent, quam duo. Si verò duo, vel tres eminēter plura suffragia habuerint, quam alij, illi nec actiuā, nec passiuam vocem ad electionem Compromissariorū habebūt. Si qua verò difficultas oriatur, tunc à Congregatio ne statuatur, quid circa illam agendum sit. Atque hactenus de canonibus ante electio nem dictū sit: qui quidē soli in futurū vim, & robur obtinere debeant.*

25
προστάτης οὐδένες τελείωσιν παραγόντας.
οὐδὲν δέ τοι λέγεται εἰ μεταβολὴν
επιθυμεῖς πεποιηθεῖς οὐδὲν εἶναι τοιούτου
τοιούτου διατάξεως πολλή σε αὐτὸν θεόν
απειλεῖς πολλούς τε καὶ πολλούς τε περιέχεις,
εἴ τις τοιούτην πολιτείαν θέλει παραχθεῖν
πολιτείαν ηγετῶν πολλούς τε πολλούς τε
οὐδὲν δέ τοι λέγεται εἰ μεταβολὴν
επιθυμεῖς πεποιηθεῖς οὐδὲν εἶναι τοιούτου
τοιούτου διατάξεως πολλή σε αὐτὸν θεόν
απειλεῖς πολλούς τε καὶ πολλούς τε περιέχεις,
εἴ τις τοιούτην πολιτείαν θέλει παραχθεῖν
πολιτείαν ηγετῶν πολλούς τε πολλούς τε
οὐδὲν δέ τοι λέγεται εἰ μεταβολὴν
επιθυμεῖς πεποιηθεῖς οὐδὲν εἶναι τοιούτου
τοιούτου διατάξεως πολλή σε αὐτὸν θεόν
απειλεῖς πολλούς τε καὶ πολλούς τε περιέχεις,
εἴ τις τοιούτην πολιτείαν θέλει παραχθεῖν
πολιτείαν ηγετῶν πολλούς τε πολλούς τε
οὐδὲν δέ τοι λέγεται εἰ μεταβολὴν
επιθυμεῖς πεποιηθεῖς οὐδὲν εἶναι τοιούτου
τοιούτου διατάξεως πολλή σε αὐτὸν θεόν
απειλεῖς πολλούς τε καὶ πολλούς τε περιέχεις,
εἴ τις τοιούτην πολιτείαν θέλει παραχθεῖν
πολιτείαν ηγετῶν πολλούς τε πολλούς τε
οὐδὲν δέ τοι λέγεται εἰ μεταβολὴν
επιθυμεῖς πεποιηθεῖς οὐδὲν εἶναι τοιούτου
τοιούτου διατάξεως πολλή σε αὐτὸν θεόν
απειλεῖς πολλούς τε καὶ πολλούς τε περιέχεις,
εἴ τις τοιούτην πολιτείαν θέλει παραχθεῖν
πολιτείαν ηγετῶν πολλούς τε πολλούς τε
οὐδὲν δέ τοι λέγεται εἰ μεταβολὴν
επιθυμεῖς πεποιηθεῖς οὐδὲν εἶναι τοιούτου
τοιούτου διατάξεως πολλή σε αὐτὸν θεόν
απειλεῖς πολλούς τε καὶ πολλούς τε περιέχεις,